This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Fest phij dg Odmatigost 1695

80

1.50

1817
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE



QB
41
.M72

VRANIA
ASTRONOMICA

Cœleſtem, Terraqueumque Globum decantans,

AVTHORE

IATRO PHYSICO NAVSTIFO
Valligeno Cœnomano,
DE VALLE MVCANICA.

Illuſtriſs. ac Excellentiſs. D. D.

HIERONYMO DVODO

SERENISS. REIPVBLICÆ VENETIARVM

PATRITIO D.

G. BRAGAZZI

VENETIIS, M. DC. LXXXV.

Sumptibus Pontij Bernardoni Bibliopolæ,
Sub Signo Temporis.
Superiorum Permiſſu, & Priuilegio.

recuſare



C 16615

ILLVTRISS. ME AC EXCELLENTISS. ME DOMINE.

FLoridi Muſarum partus, aut fructus non exponendi per Muſicales Symphonias; ſed Collecti ad Pithagoricum Cœleſtium motuum concentum perpendendi, exornare Cantu metrico Aſtronomicam hanc Vraniam præſumunt; quæ Typis meis excuſſa vtcumque ambitioſo Titulo Cœleſtis Muſæ ob Cœleſtium Tractationem turgida, & excelſa videatur incedere, Venerabunda tamen antè pedes Tuæ Excellentiæ prouoluta Patrocinium Tuum Excellens humiliter geſtit implorare, ſimùlque confidere audet, quod veluti Muſas Poeticas per Muſicale melos rappreſentandas forſan recipere dignatus eſſes, Muſam quoque Aſtronomicam re-

cuſare generoſa humanitate non ſuſtinebis. Profectò exoptata Magnatum Gratia Muſæ Poeticæ Muſicalibus Concentibus roboratæ ouantes explendere merentur; quandoquidem ad delectationem compoſitæ ſubleuare Animum à ſollicitudinibus Regiminis publici, curiſque domeſticis grauatum, & ad ſublimium contemplationem tollere pollicentur. Verùm generoſa Excellentiæ Tuæ Indoles Muſas Poeticas Muſicalibus adiutas in ſuo merito prætio habens, Muſas potiùs Aſtronomicas modò æſtimare non dedignabitur, nimirum hac Temporis opportunitate reſonantibus vndique Bellicis in Thraces apparatibus Auſtriacis, Polonis, & Venetis amiço Fœdere iunctis; quoniàm ſi venerandum Platonis Teſtimonium 7. de Rep. Aſtronomiam vtilem Rei Militari determinet, primuſque militaris diſciplinæ Magiſter Iulius Cæſar de ſe vt Aſtronomo, Annique Reformatore iactare apud Lucanum ſuperbiat: *Media inter Prælia ſemper Stellarum, Cœlique plagis, Superiſque vacaui*; Appoſitè hoc Tempore Militaribus Exercitijs ſacrando His vtilia Aſtronomica Tibi merito Heroi Domus ampliſſimæ Duodæ pro vetuſto Stipite benemeritos de Republica, & Litteris Heroas Lauro, & Oliua, ſeù Belli, & Pacis triumphalibus Coronis redimitos, Purpuris Procuratorijs, alijſque Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ Faſcibus honorificis inſignitos iactantis futura gratiſſima præualerent; Quò plauſibili prætextu munitus Ego dùm Sacrare Tuæ Eccellentiæ Opuſculum hoc Aſtronomicum Muſarum fructibus onuſtum non ſim veritus Temeritatis quoque notam minimè incurrere formidabo, ſi coram Tua Ecellentia exiguo hoc munuſculo humiliatus,

VCTIC

COELESTEM

AQVEVM

Iatro Physicu

Cœnomanum

canica.

ram Virtute crea

ius in Orbe Deus

as contriuit Abyss

er Orbis erant

et Sydera fixa

cuncta fouen

ulsere Planetæ

que Lucis ouat

bina dupla not

aqueusque Glo

Industria fin

ia canens

attulit istud

la nostra nite

Terrestria p

nder in Arte G

PRÆFATIO AVTORIS

Ad Lectorem Beneuolum.

ASTronomum, & Vatem me profiteri in hac VRANIA ASTRONOMICA ſcrupuloſus quiſpiam mirabitur; Vaticinia quoniam incerta, ac Dogmata Aſtronomica certiſſima dùm conuenire ſimùl, atque in vna ſede morari recuſent, grauem Mihi notam commiſcentis Scientiam cùm ignorantia poſſent inurere, ſimulque eleganter Mordacem Diogenem illum Cynicum adſtruerent, qui cùm intueretur Vitæ Gubernatores, Aſtronomos, Medicos, ac Philoſophos aiebat: Animalium omnium Sapientiſſimum eſſe Hominem; Cùm reſpiceret verò Somniorum Interpretes, Conjectores, Aſtrologos, & Vates; Nil ſtultius Homine ſe reputare exclamabat; Nihilominùs quamquam Philoſophus, ac Medicus Profeſſione, imò Gubernator alienæ Vitæ per Medicas Operationes, ſimùlque Aſtronomiæ Studioſus Vatis Ego quoque, &

Aſtro-

Aſtrologi Perſonam induere tàm per Aſtrologica Præſagia, quàm per Carmina geſtiam, forſan apud Eruditos ingenuos veniam merens Sapientiam, & Stultitiam in eodem colloçaſſe Trono haud æſtimabor, dùm Vaticinia non eſſe Aſtrologica Superſtitioſa, Carmina autem res Aſtronomicas decantantia, Harmoniæ Cœleſtium Motuum potiùs concordare videantur. Maius Mihi negotium euitandi Calumnias ſupereſſet in quoſdam Ludi Magiſtros quoad Elocutionem, & Carmina, tùm in nonnullos Aſtronomos circà Aſtronomicas poſitiones. Verùm his Ludi Magiſtris reſpondere poſſem, quod circà Elocutionem non multùm inſudare gauiſus Hetruſci Dantis Sectator non verba canere, ſed res curauerim. Circà Metrum verò, præter Errata non pauca in hac Typographia Carminum occurrentia, curiosè quæsò ante Suſpitiones Errorum Poeticas omnes licentias euoluant, quibus vti ad talem Materiam decantandam non verba ſed res enucleantem Eruditorum conſenſu ſtatuitur licitum, apud quorum Generoſitatem etiamſi aliquis Error fortuitò irreperet vt lapſus Calami, non Mentis dirigentis Manum deberet accipi. Sic in Me regere deſinent Sconima illud Plutarchi: *Pro eleganti Medico malus Poeta*; nec ſalſè vociferantes: *Vliſſes pannos exuit*; Me de Toga ad Pallium tranſire hac improuiſa Carminum oſtentatione deridebunt; nec ab inuido Theonino dente corroſus quaſi Gracculus intèr Muſas canens vocitabor, ſeù quia mea Opuſcula mereri minimè Inuidiam Felicitatis Comitem, multò minùs Zoilos Homero Maſtices cognoſcam, ſeù quoniam expertes Inuidentiæ Muſarum Fores habeantur; Cæterum Su-

perciliosis Astronomis responsio vnica sufficeret, Me non consummatis Professoribus hæc pauca scribentem, genioque Poetico etiam in rebus grauibus potiùs indulgentem parùm fuisse de huius; vel illius opinione, aut æstimatione sollicitum; ità vt si rudiores instituere, doctioresque iuuare Compendio nequiuerim non sim ab huiusmodi Astronomis vellicandus; condonabunt obscuritati forsan in Trigonometriæ Doctrina, Meque vocare Heraclitum tenebricosum aliena Scripta Versibus exornantem gaudebunt; Transire sinent licentiam Vocabuli *Dodecatemorion* non tantùm duodenis Signis Zodiaci Æqualibus, sed & inæqualibus Zodiaci Firmamenti Asterismis applicati cùm similibus licentijs potiùs Astrologicis, solumque Mihi Astrologica etiam ostentanti Facetam illam Ficini Paræmiam innuerent: *Quantùm Astronomi metiuntur, tantùm Astrologi mentiuntur.* Sed grauem illam Quæstionem de Motu Terræ tàm leuiter per Carmina agitatam, ipsumque Systema Copernicanum quasi Poetico lusu impugnatum haud facilè sustinebunt; Verùm iuxtà illud monitum Epitecti Philosophi: *Sustine, & Abstine*: Sustineant quæso Copernicanum Sistema ità in Meis Carminibus trutinatum, & impugnatum; Posteàque abstineant à Censura, si fortè aliquod incongruum reperire valuerint; Quandò vsque à conspicuis Astronomis hoc Sistema propugnantibus pueriles quasi rationes sint publicatæ: Vnicus adueniat Philippus Lansbergius Astronomus consumatissimus ausus carpere præter Antiquos cùm Ptolomeo etiam Copernicum, Tichonem, similesque Astronomiæ Coriphæos Recentiores, quasi aliqua parùm consentanea Cœlestibus Phæ-

nome-

nomenis ſcripſerint, quæ ipſe emendarit; Hic inquam Aſtronomus famoſiſſimus Siſtematis Copernicani Patronus acerrimus extollens ſuas Commentationes in Motum Terræ Diurnum, & Annuum, ac primò Authoritatibus Sacris ſtabilitatem Terræ roborantibus opponens Diuinam Scripturam non eſſe vtilem ad inſtitutionem in Geometricis & Aſtronomicis, aſſumit pro confirmationis exemplo Balneum illud Æreum Templi Salomonis 1. Reg. dictum à vaſtitate Mare, cuius Diametrum filum decem cubitorum metiebatur, circumferentiam verò filum cubitorum triginta; Vbi ridiculè infert: Ecce quod *Proportio Diametri ad Peripheriam ſtatuitur vt* 10. *ad* 30. *ſeu vt* 7. *ad* 21. *cùm tamen Archimedes in ſua Cyclometria, ſicut & nos in noſtra, demonſtret; Diametrum eſſe ad Peripheriam vt* 7. *ad* 22. *ferè, ità vt inter vtramque menſuram intercedat differentia integri cubiti*; Pulchra Illatio; Quaſi Spiritus-Sanctus Archimedeis Minutijs vti debuerit in ſignificanda Menſura illius Balnei per filum, quaſi Diameter malè dicatur Tertia Pars Peripheriæ Circuli; ac Semidiameter malè ab Artificibus vt Sexta Pars Circuli Sexti Nomine decoretur; quaſi demum differentiam illam integri cubiti in ſuo Cerebro enatam inſinuare debuerit Sacer Textus per additas minutias, quæ vix communi explicabiles Sermone videntur excedentes ſuprà triplam illam Diametri, & Peripheriæ rationem minori quidem parte, quam ſeptima Diametri, maiori autem quàm decem ſeptuageſimis primis. Secundò inſuper contrà Motum Diurnum Cœlorum Scrupuloſo Calculo Milliones Milliarium momento peragrandos inculcans impoſſibilem ſtatuit vertiginem

nem illam diurnam in corpore Phyſico; Quaſi milliaria illa Cœleſtia ad Terreſtrium normam ab aliquo veloci Curſore peragranda forent, tùm diſtinctè computandi eſſent paſſus terreſtres pro Giganteis illis Cœlorum, ſyderumque pedibus; Quaſi Sol exultare nequeat vt Gigas ad currendam viam illam Ætheream, ac Terræ vertigo diurna à Copernico ſuppoſita proportionaliter eandem inſtantiam, magiſque prementem non pateretur. Sed donemus Lansbergio ambas rationes in ſuo merito pretio habendas; Tertiò curioſa eſt quidem illa ſua Achillea in Præfatione ad dictas Commentationes pro infallibili amplificata deſumpta à motu Lunæ, cuius Phænomena ſaluari Terra immota abſolutè negans, optimè cùm motu Terræ annuo concordare præſumat; Aſſumptoque Exemplo duarum Nauium à Portu ſoluentium, quę ſint nauigaturæ ad aliud Littus diſtans verſùs Orientem per milliaria 389. $\frac{1}{10}$. Subdit, quòd velocior harum rappræſentans Lunam perfectura iter ſuum ſpatium vnius periodi Lunaris non permeabit 389. $\frac{1}{10}$. milliaria præcisè ſi Nauis Terræ maneat immota, ex lege periodi, qua nequit Nauis Lunæ antecurrere Nauem alteram niſi per 360. milliaria, tot ideò ſolum milliaria conficeret, relictis 29. $\frac{1}{10}$. milliaribus adhuc conficiendis; Sic quoque, infert, abſoluunt curſum ſuum in Cœlo Luna, & Terra, qua ſuppoſita immota Luna pertranſibit nonni ſi 360. gradus, cùm tamen debeat pertranſire 389. $\frac{1}{10}$. quot ſcilicet gradibus Nouilunium diſtat à Nouilunio: Sed quàm verum eſt: *Egregia ingenia fluxilem habere memoriam*. Non amplius Vir celeberrimus de Lunaris Periodici, ac Synodici Menſis diſtin-

ſtinctione memor videtur, vtcùmque diſtantiam graduum vnius Nouilunij ab altero benè diſtinguat; Multò minùs de Sole m[illegible]o in noſtra Sententia communi per Eccliptícam recordatur; Vtique Sole immoto in Centro Mundi, Terraque immota in loco Solis, aut viceuerſa conſonaret aliquantum duarum Nauium ratiocinatio, atque applicatio ad Terram, & Lunam; quæ ſanè immota Terra cùm Sole ſolùm 360. gradus pertranſiret ab vno ad aliud Nouilunium abſque vlla diſtinctione Menſis Periodici à Synodico; quia nimirùm Luna poſt completum curſum Zodiaci per 360. gradus peragratos ſuo in Menſe Periodico non cogeretur vlteriùs currere per 29. $\frac{1}{10}$. gradus à Sole, vel Terra peragratos, adhoc vt alterutrum aſſequeretur prò Nouilunio, quod in tali caſu fieret in Menſe Periodiço, & non Synodico: Sed Terra immota in Centro Mundi, ac Sole annuo ſuo motu Eccliptícam deſcribente hæc omnia ſaluari luce Meridiana eſt clarius, quidquid garriat Lansbergius cùm hac ſua Achillea ratione, quam ſtabilem, & infallibilem immò vſque à Deo ſibi oſtenſam iactare non erubeſcit. Forſitan vel deceptus eſt à claudicante ſimilitudine inter duarum Nauium nauigationem in plano, ac Terræ, Lunæque curſum in Cœlo per circulum, quoniam illa in nauigatione non regrediatur ad Portum, à quò ſoluerat Nauis velocior, veluti completo curſu Zodiaci Luna regreditur ad idem punctum; Vlteriùſque per 29. gr. & 6. ſcr. progreditur pro aſſequendò Sole ad aliud Nouilunium. Vel potiùs benè ſupponens cùm Ptholomeo, quod tantundem Luna in longitudinem Zodiaci moueatur, quantùm ipſa in ſuo Orbe, & Sol in Eccliptica progredi-

tur,

tur, decipitur posteà malè inferens, quòd Terra immota Luna tantùm semper à suo cursu in Eccliptica deficiet quantùm Sol interiùs procedit; deluſusque ab Æquinocca Mensis Periodici, ac Synodici Lunaris intellectione pueriliter concludit in Controu. 2. de M. T. annuo: *Nam vt Sol ſpatio vnius Lunationis percurrit 29. gr. & 6. ſcr. Lunaque 360. gr. ſit in hac Fig.* &c. Quaſi ſufficiat ab vno ad aliud Nouilunium, quòd Luna 360. gradus ſolùm conficiat, nec reliquos 29. & ſcr. 6. peragret ad Solem interim progreſſum aſſequendum; Quomodocumq; deceptus fuerit Lanſbergius, iàm Leoni iſti perſonato vmbratilis Larua eſt detracta, ſiuè ratio eiuſdem Herculea iàm enicta eſt puerilis, adhoc vt à ſupercilios is Aſtronomis, ac à tumidis Ludi Magiſtris imbecillitas humanæ mentis etiam in Viris Doctiſſimis phantaſmatum auxilium implorantis agnoſcatur; quam dum contemplaretur Pergameæ Gentis, ac Medicinæ decus Galenus candidè fatebatur: Eſſe difficile, vt qui Homo eſt in multis non peccet ſeu legendo, ſeu ſcribendo &c. Moraliſque Socrates apud Tullium vtcumque per Scurra Attico Zenonis lingua declametur Oraculo tamen Apollinis teſtimonium meruit ſingularis prudentiæ ideò vniuerſis eſſe præpoſitum, quoniam ad inculcandam quibuſdam ingenijs ſuperbis humilitatem quaſi ex Iugo Parnaſſi, aut Delphica Cortina exclamarit: *Noſtrum ſcire eſt nihil ſcire*; Nimirùm ſecundum Vetus illud Sapientis Oraculum, Te ipſum familiaritèr noſce quicumque aliena vis carpere, Tecum habita, aut viue, contrahenſque vela in Te deſcende, atque in Tuum ipſius ſinum inſpuens Martialis monitum recogita: *Te intrà pelliculam contine quaſò tuam*:

Hu-

Huius modeſtæ Opinionis Te Sectatorem Amice Lector imaginor, quocirca poſtquàm in huiuſmodi Archilochos, ac Vitilitigatores iocosè ſum debachatus, modò Te generoſum, modeſtumque compello, vt contrà Momi cuiuſque Tela Scutum ſobriæ Tuæ Sapientiæ opponas, quò validè protecta Mea hæc VRANIA ASTRONOMICA præter Globi Cœleſtis delineationem præſentem breuibus ſex partibus explicitam Terraquei paritèr Globi deſcriptionem ſeptima in parte prolixiori iàm paratam in lucem exponere non reformidet; ſimùlque licèt Carminibus ludere in rebus ſerijs Aſtronomicis, ac Vaticinari appareat, haud quaquàm tamen Sapientiam immiſcere ſtultitiæ Cynico alicui videatur. Dùm tali moderamine inculpatæ tutelæ decorare lecturam VRANIÆ noſtræ dignaberis, etiamſi Aduena, & Hoſtis ſiuè in Sacris, ſiuè in Profanis fores; Audires à Me ergà tuam modeſtam Sapientiam refricare Votum illud famoſum, quod de Pharnabazo extero Ageſilaus auebat: *Dùm talis ſis, optinam ex noſtris eſſes*: Interea VRANIA hæc ASTRONOMICA vice Pectoris feneſtrati à Momo in Microcoſmo deſiderati, feneſtratum Pectus Macrocoſmi ad Momum aliquem cicurandum exponit; videlicèt erga Sphærarum Cœleſtium Volumina Cœleſtis Pectoris, Cordiſque Mundani, ſeù Solis penetralia trutinare lætatur; vt per hanc Lampadem luminoſam, perque oculatas Syderum feneſtras, ſuprà quæ Mundus intelligibilis, infrà Elementaris Regio conſiſtit, contemptis caducis iſtis Elementaribus penetrare intellectus oculis ad Mundi intelligibilis notitiam valeamus. Cuius Amore delinita noſtra Pectora ob ſtudium

dium ſimile Mathematicum iam celebratum præludium ad diuinorum contemplationem, non à Baccho, aut Venere frangantur, nec à leui ambitione, aut gloria Fuco perfuſa, aut à magnarum opum Fame ſollicitentur; benè quidem reddita ſublimia, dùm admouiſſe oculis incolarum Terræ Sydera Cœli adeò diſtantia per Geometricas ſpeculationes iactare queant Felicium Animarum Titulo, vel Grauiditate inſignita Scandere quoque Domos Superas, atque altius humanis exerentia Caput Æthera ipſum proprio ſuppoſuiſſe Ingenio decantentur.

NOI RIFORMATORI dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per fede del Padre Inquiſitore nel Libro intitolato, *Vrania Aſtronomica*, non v'eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per atteſtato del Segretario noſtro, niente contro Prencipi, e buoni coſtumi; concediamo licenza à Pontio Bernardone di poterlo ſtampare, oſſeruando gli ordini, &c.

Dat. li 17. Decembre 1685.

Gerolemo Aſcanio Zuſtinian Ref.
Ferigo Marcello Ref.

Gio: Battiſta Nicoloſi Segretario.

Imprimatur.

Fr. Io: Thomas Rouetta Inquiſitor Generalis Venetiarum.

NOTA

NOTA DE' LIBRI

Stampati da Pontio Bernardon ſin al preſente.

MAcri Hierolexicon ſiue Sacrum dictionarium folio vol.2. 1677.
Latini Latinij Bibliotheca Sacra & profana folio 1677.
Pellegrini praxis vicariorum folio 1681.
La Spada d'Orione in quarto con figure 1680.
Spauento del Peccatore in quarto 1680.
Noua Scienza d'Orologij à poluere in quarto con figure 1665.
Indice Vniuerſale del Padre Pomey Latino, Franceſe, & Italiano in ottauo vol.3. 1682.
Il Diſinganno ouero il Paſtore della notte felice in 12. 1681.
Chimica Caritateuole, e facile in fauor delle Dame in 12. 1681.
Philalethæ Introitus apertus in 12. 1683.
Viaggi di Pietro della Valle in 12. vol.4. 1681.
Regij Clauis aurea contra Molinos in 12. 1682.
Lettere Amoroſe Portogheſi in 12. 1682.
Grammatica Franceſe, & Italiana in 12. 1678.
Specchio militare in 12, con figure 1684.
La vera Sapienza del Segneri in 24. 1683.
L'Arte dell'Huomo di Spada, ouero il Dittionario del Gentilhuomo in 12 vol.3. 1683.
Ritratto della Vita Ciuile in 12. 1684.
Officium B. M. V. rubrum, & nigrum cum figuris vol.3. in 32. 1681.
Idem in 32. rubriche Franceſi.
Idem in 32. rubriche volgari.
L'Arte della Guerra con figure in 12. 1684.
Polanni Breuiarium Theologicum in 12. 1685.
La Scola della Chriſtiana Filoſofia, aperta nella Vita del Patriarca San Romualdo, ſub prælo.
Trattenimenti Famigliari, e Curioſi per li Amatori delle quattro Lingue, Latina, Franceſe, Todeſca, & Italiana, ſub prælo.

IN-

INTRODVCTIO
AD GLOBVM COELESTEM, ET TERRAQVEVM

Explanatum vtrumque per Patro Physicum Nauſtifum Valligenum Cœnomanum de Valle Mucanica.

Principio Cœlum, & Terram Virtute creauit
Omnipotens propria Solus in Orbe Deus.
Luxque creata ſimùl Tenebras contriuit Abyſſi;
Terraquei Faciem quæ ſuper Orbis erant.
Imbibere hanc lucem potuerunt Syderæ fixa,
Solque Thronus Lucis lumine cuncta fouens.
Hanæque reflectentes reliqui fulſere Planetæ
Cùm Terra, radijs quæ quoque Lucis ouat.
Hinc Cœli, ac Terræ ſtat Machina dupla notanda,
Seu micat Aethereus, Terraqueuſque Globus.
Quòs Humana Manu miranda Induſtria finxit
Arte, Creatoris ſcilicet Acta canens.
O quantum Lucis Mortalibus attulit iſtud
Artis Opus, quantùm Sæcula noſtra nitent.
Cœlica vt intimùs capere, & Terreſtria poſſent,
Nil magis hoc duplo ſplendet in Arte Globo.

Sic Tenebras quisque Ignorantiæ ab Arce repellit
Mentis, & insistens Sydera scandit Humo.
Doctus Anaxagoras curioso hinc fortè petenti,
Ad quid Homo nostra natus in Orbe foret?
Pulchrè respondens, Vt Cœlum, ac Astra videret,
Ex nostra Tenebras mente fugare docet.
Astronomiam nempè vt discamus, quæ Astra notare
Motibus in variis, Cœlica & Arua solet.
Terraqueũq; Globum centrum intra hæc Astra tenentẽ
Discutit, hic habeat quomodo ad Astra situm.
Vndè Mathematicas Doctrinas quattuor inter
Hæc Primam Sedem Iurè tenere meret.
Sicut enim quantum discretum in se omne volutum
Vt Numerus tantùm donat Arithmeticam,
Adque sonum numeris seiſtum Musicalia fingit
Dogmata, quæ Musicæ dant quoque dulce melos;
Quantùm ità continuum spectes si immobile tantùm,
Cuncta Geometriæ dogmata certa dabit;
Mobile si verò trutinetur, Cœlica tecta
Astronomiam statuit, quæ reserare potest;
Corpora quæque colit Cœlestia viuida motu
Pro subiecto almo, quo nimis alma nitet.
Felices Animæ quibus hæc cognoscere primum,
Inque Domos superas scandere cura fuit.
Ouidius pulchrè canit: vt quis scandere Cœlos
Tentat, Cœlorum noscere Iura sciat.
Scire cupis, quisnam inuenit tot Cœlica pulchra?
Primus Adam hæc docuit Doctus ab ore Dei.
Posteritas eius coluit quoque dogmata tanta,
Aetate ac longa plura recondiderat.
Sed cùm diluuio Terram remanere sepultam
Deberet, incensam Fata vel Igne darent,

Anti-

Antiquibis pauidi binam ſtatuere columnam
Ex latere vnanimes, marmore & ex ſolido,
Vt ſi Diluuium foret illa ex marmore ſtaret,
Illa ex lateribus ſi foret Ignis edax.
In quibus incluſa eſſent doctrinalia cuncta,
Quæ circà Cœlos, Aſtraque meta ſciet.
Viſa hinc eſt poſt Diluuium de marmore facta
In Syria, eſt Ioſeph Teſtis vt Hiſtoricus.
Niliacos poſt Diluuium docuiſſe refertur
Abramus linquens tecta iubente Deo.
Poſt à Niliacis ad Græcos tranſiit iſta
Doctrina Aſtrorum, quam tulit indè Thales.
Ille Thales diues, qui ex paupere factus ab Aſtris
Notis ex oleis fertile nouit Opus;
Quique ab ea vetula in foueam, dum cerneret Aſtra,
Præcipitans dignum Scoma recepit anu.
Atlas Rex Maurus tantùm eſt verſatus in Aſtris,
Baiulus vt Cœli creditus inde foret;
Hinc quoniam Alcidem Lybicum docuiſſet, eundem
Supplere Atlantis ſuppoſuere vices.
Timocharesverò in Græcis Hypparchus & ille,
Cui viſum eſt Sydus fixa per Aſtra nouum;
Clarus Anaxmander, qui Sphæræ eſt creditus Author
Pithagoraſque olim pingue tulere decus,
Sic cum Callippo Eudoxus, tùm Archita Tarenti,
Archimedes cui vitrea ſphera datur;
Aſtronomorum ingens Princeps Ptolomeus habendus,
Theodoſius, Pappus, cumque Theone, Thebit.
Albumaſar natione Arabs, Albategnius, Haly;
Cùmque Alphagrano Chymicus vſque Geber;
Alphonſus Rex Caſtiliæ; Tabulæ vndè ſuborta
Dictæ Alphonſinæ Notæ apud Aſtronomos;

Cùm Sacro Boſco Peubarchius, atque Ioannes
Regio Montanus rara matheſis habens.
Blanchinus, Stoſſemus, Copernicus ille
Terram trina vrgens mobilitate vehi;
Cardanus, Clauius doctus, claruſque Brahæus
Ceù nouus Hypparchus creditus eſſe Ticho;
Keplerus, Teleſcopij Galilæus & Author,
Cui debet quadruplex Aſſecla in Orbe Iouis,
Magginus cùm Gaſſendo, noui & Angolus Author
Computi Ephemeridum, Ricciolusque Pater;
Kircherus, Caullerius, Caſſinus in Vrbe
Pariſiorum alma ſydera nunc reſerans;
Angolus Aſtronomus Patauina in Sede relucens
Cùm Montanario lumina ceù gemina;
Cuius diſcipulus ſtat Mezzauacha peritus
Author Ephemeridum, quæis tulit omae Deus.
Poſtremam Eclypſim Solis dùm Calculo acuto
Partialem in digitis connumeraſſet Ouans;
Scandala depellens, quibus obruta Turba Virorum
Totalem expectans Calculo ab Argolico,
Partialem ex vitro obſtupuit, velut ipſe notauit;
Sed Profeſſores Hos tetigiſſe ſatis.
Namque dies haud ſufficeret, ſi quemque putarem
Aſtronomum, celebrem Nomine ferre ſuo.
Vtilitas autem quam fert Doctrina relata
Doctrinas cunctas condecorare valet.
Theologus hanc trutinãs percurrit ad vſq; Supremum
Empyreum immotum, notitiamque Dei;
Nempè Dei à Cœlis narratur Gloria, opuſque
Tantarum manuum ſydera firma canunt;
Inde Metaphyſicus, Phyſicus permulta reportant,
Ac Medicus ſinè ea lumine fortè caret.

Vtile

Vtile ſed quantum tulit hæc Eccliſia, dicant
Mobilia in proprio Feſta locata loco.
Namque Calendarij correctio facta Latini
Nonniſi ab Aſtronomis tanta Trophæa tulit.
Facta ſub Auſpicijs terdeni nempè Sacrati
Gregorij hanc Palmam, qui reliquis rapuit.
Indè Reipublicæ ad formam, ſedemque tenendam
Quàm bene conducat, geſta notata ferant.
Verſatus Pericles Eclipſim in Sole futuram
Noſcens in ſocijs corda pauere vetat.
Eclipſimque Dion ſperuens Dyonijſia ab Vrbe
Dura Syracuſia liberat Arte iuga.
Sulpitius Gallus dum Lunæ Eclipſis amicis
Militibus Paulo diſſeruiſſet Opus;
Reddidit hos animo intrepidos, ſuperareque Perſen
Macedonum fortes ſic potuere Duces.
E contrà Nicias à portu ſoluere claſſem
Quando Syracuſio Cecropidum trepidat.
Eclipſim Lunæ ob viſam; res perdidit omnes
Cecropidum aduerſis preda nefanda manens.
Non ſit Chriſtophorus Genuenſis ex ſtirpe Columbus
Orbis detector per vada ſalſa noui
Perdidit Hiſpanos extrema anguſtia onuſtos,
Sed quoniam Aſtronomus contulit auxilium.
Incolæ enim ſocijs Iamaicæ ad ora negarent
Dùm præſtare cibos, vt morerentur ibi;
Lunæ ipſe in Cœlis Eclipſim nocte futuram
Tali hora agnoſcens eſt minitatus eis;
Scilicet ætherum portentum vt Numinis iram
Tali hora ignans nocte ſequente tulit.
Quod prædicta hora cernentes barbari amici
Se ad Genuæ horrentes peruoluere Ducis,

Ac veniam lacrymis poſcentes, omne dedere
Quod vellent, quirent quo ſatiare famem.
Sic cauſa Aſtronomi tanti nouus Orbis habetur,
Mortem & cum ſocijs ipſe fugauit Ouans.
Ergo quid mirum. Huic magni incumbere Reges
Doctrina celebres ac voluere Duces.
Vnus ſufficiat Cæſar, qui prælia tractans
His ſtudijs fuerat creditus eſſe vacans.
Atque ope Soſigenis dubium direxerat annum
Ad Solis curſum tempora firma docens.
Ptætereo Alphonſum Regem velut antè relatum,
Gaudenteſque alios celſa videre Poli.
Emicat exemplum Heroum ſtimulatio noſtra,
Aſtriferos poſſim qua reſerare lares,
Maximè ob Officium atrice, quo fungor in Vrbe
Orbis Terraquei, quæ vaga Gemma nitet
Patritijs calcata Viris vt Regia Ponti.
Libera telluris Sceptra, mariſque tenens.
Terraquei, aſtriferique ideò benè Carmine tento
Doctrinam Veneta pandere in Vrbe Globi,
Aduena quam inter aquas poſitam miratur, & inquit:
Hanc Vrbem haud Homines, ſed poſuiſſe Deos.
Italicæ ac libertatis, quia ſplendet Aſylum,
Naufragium vt Clypeum, mœnia iactat aquas.
Aſtronomiæ verò vt Medicus cùm dogmata pendo
Aſtrologiam minimè prætermiſſe volo.
Aſtronomiæ Nomen velut obſeruatio habetur
Aſtrorum quæli motu ea lata notans;
Qualiter & diſtent, quæ moles, ſplendor in Aſtris;
Ortus, & Occaſus, curſus item varius.
Aſtrologiæ nomen verò quaſi ſermo putatur
Aſtrorum ex iſtis Fata futura docens.

Sci-

Scilicet ex mixtis variis Aſpectibus horum,
Naturis, notis dotibus, ac phaſibus,
Aſtrologi tentant prædicere pluua, ſerenos,
Obſcuroſque dies, tempora læta ſuis,
Temperies Hominum, mores, morboſque, hineſque,
Aſtrologo Medico quæ trutinare licet.
Non tamen arbitrium humanum contenditur eidem
Subdere dogmatibus, namque ſecluſa ferent.
Vulgare adagium: Sapiens dominabitur Aſtris,
Vera refert; nec eis ſubditur arbitrium,
Nimirùm inclinant, non cogunt Aſtra ſuperna,
Qui contrà ſentit creditur Hæreticus;
Contrà & id Aſtrologos credentes fulmina ſacra
Cenſurarum vrgent, nec quatiunt reliquos;
Corde humili, qui non credunt fore fortè neceſſe
Humanum ex Aſtris vt ruat arbitrium;
Quicumque Aſtrologi verùm prædicere iactant,
Falſa ex prædictis verba aliquando ſtuunt;
Aſtrologia haud quaquam nam certa ſcientia habenda
Rebus in humanis, vt Ptolomæus habet;
Aſtronomia è contra certiſſima dogmata iactat,
More Mathematico quæ trutinanda iacent:
Hanc ſeptem in partes numero diſtinguere onuſto
Myſterijs nobis abſque labore placet.
Nam primò Sphæram recolam generaliter Orbis,
Cui breuis Appendix iuncta Matheſis erit.
Sphæræ inde in Cœlos poterunt, elementaque ſectæ
Circuli, & Aſtrorum Cœlica tecta ſequi.
Tertiò ſuccedent Syſtemata quinque notanda,
Et Cœli an duris partibus, an fluidis.
Poſt Firmamenti in quarta ſunt ſydera fixa
Fabula, & Hiſtorico concelebranda modo.

Erronum in quinta varios perſtringere gyros,
Ecclipſique duplæ dogmata certa placet.
Sexto perpendens ſyſtema Copernici habentis
Telluris motum, quæ reprobanda canam.
Cœleſtis ſit Iura Globi, Legeſque, viceſque
Sex illis ſtabunt partibus explicita.
Septima pars autem dictis diffuſior Orbem
Siuè Globum geſtit pandere Terraqueum.

PRIMA PARS
ASTRONOMIAE
CVM APPENDICE MATHEMATICA

AD primam accedens partem: sphæra esset ab Orbe
Diuersa, haud quoniam concaua vt Orbis erit;
Corpus at est solidum circùm sine labe rotundum,
Cui conuexa datur sola superficies;
In cuius medio est punctum, centrumque vocatum,
A quo ad eam quæuis linea & æqua manet.
Hinc sper Centrum sic ducta, Diameter extat
Conuexum tangens, Cœlici vtrinque laris.
Axis Mundi autem micat illa Diameter, æther
Circa quam motus sydera mota rapit.
Quæ horarum spatio vigintquattuor ab Ortu
Tendere in Occasum, tùm remeare vides.
Extremumque duplex axis Septentrio, & Auster,
Quo premitur, duplex stabit in Orbe Polus.
Nempè Poli Mundi sunt bina extrema relata
Axis, eorum alter vult Boreale ipsum.
Arcticus ex Vrsa cœlesti sibi Imagine fertur,
Atque Aquilonaris, seu Borealis erit.
Fertur vt oppositus Boreali Antarcticus alter
Australis girans ex sibi stante noto:
Circa axem propriis quarè si vertitur Orbis
Extremis, duplo aut Cardine, siue Polo,
Non benè conuerti quit cum axe Diameter; omnem
Circà hanc dum volui Machina tanta meget:

Interea Mundi dum tota Figura rotunda
Luceat, ac gyro Sydera læta ruunt.
Quàm benè spectandi in sphæra magni atque minores
Circuli, vt armillis sphæra referta docet,
Nempè Meridianus dictus Finitor Horizon,
Immotum exterius, qui tenuere situm;
Intrà Zodiacus stant Æquidiale, Colurí
Bini, tum Tropici, & Circuli vtrinque Poli;
Quæ sphæra indistincta ad motum volumntur, & Astris
Implantatæ Globi quæque locata mutant.
Sex sitas idem Centrum sphæræ maioribus illis;
Sed minimè reliqui quattuor istud habent.
Æquidiale, Meridianus nàm Magni & Horizon,
Zodiacusque, duplex atque Colurus erunt.
Quattuor at reliqui Tropici bini, atque Polares
Circuli habent gyrum Sorte minore brevem.
Circuli vt hi melius possint intelligi, oportet
Termini vt insistant mente Mathematici.

APPENDIX MATHESIS.

QVanta continuo dimensio trina secatur
Qua in longum, latum fertur, & in solidum.
Linea longa manet tantùm, sed longa, simulque
Lata superficies esse profunda negat;
Corpus at in longum, latum, simul atque profundum
Scinditur, at puncto pars ea nulla datur;
Nempè Mathematicum punctum sine parte relucet,
Vt Physicum constans partibus esse patet.
Nàm puncti Physici, seu atomus, quia corpus habetur,
In longum latum factus, & in solidum,

Quam-

Quamuis non tollat trina hæc dimensio eidem,
Vt nequeat scindi, Sextile id esse negans.
Sic Epicuro olim, sociisque insectile visum,
Nonnulli quamuis Sectile idem statuant.
Puncta Mathematica autem linea termini habentur,
Queis æquè expansis linea recta fluit;
Indè superficiem claudentes lineæ honorant;
Hæcque æquè est lineis plana subortasitis,
Linea curua quidem, seu elliptica, circuli & instar
Curua superficies, consimilesque patent.
Ex recta quoque, tùm curua commixtio nota,
Quæ facilis captus cuncta videre potes.
Namque sui rectum stat Iudex mixti, & obliqui,
Illarum at species Alma Mathesis habet.
Linea ab exposita curua sunt circulus orta,
Ellipsis pariter, Paraboleque, & Helix,
Spiralis nempè, arridet cui forma Cylindri,
Connica hyperbolica, spherica, & assimiles.
Curua superficies pariter, sphæra, atque cylindri,
Connicæ & effigies, consimilesque notat;
Quælibet atque simul conuexa extrinsecùs, intrà
Concaua habenda manent, nomina nota colens.
Corpus continuum est quantum, dimensio dicto
Cui solido in totum trina relata datur,
Termini, & extrema eiusdem sine vnica tantùm,
Siue superficies multiplicata micant.

DE ANGVLIS.

ANguli ab his dictis Plani, Planaque Figuræ
Cum solidis plenis commemoranda fluunt.

Angu-

Angulus hinc planus binæ inclinatio lucet
Lineæ, in directum dum quoque neutra iacet;
Mutuo & in plano tanguntur, ita efficit Anglum
Inclinatio eum, nec tamen Anglus erit.
Recti autem lineus de rectis Angulus, illis
De curuis curuus, mixtus ab his paribus,
Anguli at hi plani tantùm, non ſpharici habendi,
Nec ſolidi, hos alibi comemorare decet.
Recti quoad lineos menſuras innuit horum
Linea inclinatio facta vtriuſque ſimul;
Quam non linearum diffuſio longa docebit;
Anguli at inde ſitum littera trina notat,
Scilicet in triplici ſi quæras Angulo eundem
Illum quem trutinas illa ſecunda docet.
Littera quæ medians medium dare geſtiet ipſum,
Angulo vt eſt vni littera ſola ſatis.
Recti ſed huic lineus triplex eſt Angulus, vnus
Rectus, & obliquus duplus habendus erit:
Obtuſus nimirùm & acutus, mentio quorum
Facta trium Anglorum ſic capienda iacet.
Linea recta alij inſiſtens quaſi pendula in vnum
Si non inclinet, nec latus oppoſitum
De perpendiculari ſtabit rectus vtrinque
Angulus: inclinans linea at illa parùm,
Efficit obtutum ſpatio ex maiore, & acutum
Ex anguſto alium, tuque reuolue duplum.
Angulus obtuſus recto ſic maior, acutus
Eſſe minor recto quoque videnti ſolet.
Anguli ei idcircò, qui deinceps ſurgere dicti,
Sunt cum ſuprà aliam linea recta cadit;
Qua rectos facit hos binos ſi pendula vtrinque
Obliquos & eos ipſa nec æqua cadens.

Sic

Sic quoque ab incidere appellatus & Angulus exit
A binis lineis vna ità disposítis
Mutua sectio vt his maneat, protensa & eadem
Si post concursum mutuò se quatiant;
Quandò autem solum se tangunt mutuò Nomen
A contactu oriens Angulus est retinens,
Ausit quem Gallus Pelctarius vsque negare,
Sed iuxta Euclidem Clauius imò probat.

DE FIGVRIS PLANIS.

EXpositis his ad Planas accedo Figuras,
Quas rectæ, aut curuæ lineæ habere volunt.
Terminus extremum est alicuius, clausa Figura
Termino adest aliquo, seu quoque multiplici,
Plana Figura superficies vt clausa relatis
Lineis, at solida est clausa superficie,
Siue vna, seu multiplici, quià corpus habetur,
Puncto vt ab extremo linea vtrinque gemit.
Ex curuis lineis, tùm rectis Plana Figura
Surgens multiplices scinditur in species.
Hinc curui ex lineis primus mihi circulus adstat,
Qui sub linea vna clausa Figura iacet,
Perimeter circuli, quæ siue ferentia claudens
Peripheræ etiam linea dicta manet.
Ad quam si à puncto in medio vis ferre Figuræ
Lineas, æquales has reperire soles.
Vndè rigorosè haud est linea circulus ista,
Sed tali linea clausa superficies.
Circuli erit centrum punctum illud linea quauis
A quo ad Perimetrum ducitur æqua manens.

Dime-

Dimetiens verò, seu ducta Diameter extat
Linea per centrum circuli abire valens,
Dupliciter scindens ipsum, quam parte ab vtraque
Perimetri finem circuli habere vides.
Hinc ad Peripheriam est semidiameter omnis
A centro aequali linea ducta modo.
Perimetri media linea hac à Diametro abacta
Semi Figura minor circuli oborta nitet.
Linea recta secans circlum si haud transeat huius
Per centrum eius pars dupla nec aequa oritur.
Segmentumque duplex consurgit; maius habendum
Circli in quo est centrum, sed minùs est reliquum.
Circuli item areus perimetri stat portio quauis
Arcum subtendens, linea chorda iacet.
Bina à Perimetro si Semidiametro ad vnum
Ducantur sector tunc ab eo anglo oritur.
Circulus aut magnus, vel paruus scinditur aequat
In partes, fulgent quę gradus Astronomis
Has in trecentas, & sexaginta secatas
Circulo in omni omnis credidit Astrophylus.
Pars quoque, siue gradus per sexaginta minuta
Seu scrupula extendi prima vocata solet.
Inque secunda tot hoc primum scissum vrge minutum
Ad decima hoc pacto cuncta secanda secans.
Hinc centum octuaginta gradus semicirclus auebit,
Nonaginta gradus vult retinere quadrans.
Diametris binis sectis recto augulo ad imum
Quadrantes circli quattuor inspicies.
Circulus ipse Isoperimetras petit esse Figuras
Inter honoratas Margine *longe capax*
Nam si Isoperimetra rutilant, queis ambitus aequus
Linearum, aequalis Peripheria vel est.

Qua-

Quadratum et sex palmarum suo in ambitu habenti
Hos Isoperimetrum nempè Trigonò aduerit.
Imò Figuræ alij, seu rectis consita, curuis
Secò lineis mixtis qualibet ipsa foret.
(De solidis Isoperimetris quoque id accipe totum,
Pro lineis sumens nempè superficies)
Sique Isoperimetras inter quæ continet Anglos
Plures apparet maior, & esse capax.
Inter eas magis esse capax vult circulus omnis,
Anguli in hoc uoluei possibiles varij
Scilicet his anglis æquis quampluribus æquis
Lateribusque petit circulus ire micans.
Angulus in circlo est tantus, quæ gigneret anglum
Binam inter lineam quantus is arcus erit.
Tot graduum sine exultans est angulus ille
Siue minutorum, quot super arcus habet.
Nonaginta gradus hinc si arcus continet, anglus
Rectus, & obtusus, si superabat eos;
Vndè foret recto maior, si haud peruenit arcus
Ad dictas partes anglus acutus erit;
Vndè minor recto; tantus fio angulus, arcus
Quantus inest, partes, atque minuta docens.
Sufficiat curui ex lineis tetigisse Figuris
Id; recti at lineas nunc memorare placet.
Trilateræ tribus insistunt, sub quattuor illæ
Quadrilatræ lineis multilateræque aliis.
Trilateræ ex rectis monstrare triangula gaudent
Quoad latera, ac anglos quæ referare iuuat.
Nàm laterum ratione triplex petit esse Trigonum;
Trina hæc æqua tenens æqui sonat laterum
Lateribus binis celebratur Isosecles æquis,
Estque scalenum orgens omne latus uarium.

An-

Anglorum ratione triplex petit esse Trigonum.
Ex trinis anglis quos latera efficiant.
Ortho micat gonium, rectus cui est angulus unus,
Amblij autem gonio solus obliquus adest.
Scilicet obtusus, quare obtusangulus, acutos
Oxi at trcs gonium nomine dante capit;
Hinc iuxtà latera aduerte, quod & anguli abibunt
Equa, & inæquasimùl, qua trutinare potes;
Nempe latus triplex æquum si in triangulo adesset,
Ipse anglos æquos, tres retinere solet.
Ex anglis istis ibi solum præualet unus
Obtusus, seù unus rectus habere locum.
Rectus, & obtusus simùl esse triangulo in ullo
Nec possunt, binus semper acutus erit;
Dùm rectus siue obtusus consistat ibidem
Tantum unus, causam faciliter capies.
Nàm centum octuaginta gradus si triangulus omnis
Obtinent semi vt circulus expositus,
Nonaginta gradus rectus siquc obtinet anglus,
Pluresque obtusus conumerare petit.
Quomodo vterque valet remanere triangulo in omni,
Huius quando gradus hi superare queant?
Dùm latera inde duo in quocumq; triangulo habentur
Signata, reliquum gestiet esse basis;
In quocunque situ maneat; tamen ordine recto
Id, quod Horizonti insistit habeto basim.
Quod basi perpendiculo huic insistit, eadem
Ex formâ Cathecti nomen habere petit.
Subtendens anglum rectum latus inde vocatum
Subtensa à Græcis Hypothenusa manet.
Quadrilatras autem si vis trutinare Figuras,
Harum dant species quinque Mathematici.

Qua-

Quadratum, oblongum ac aliud, rhombusque vocantur
Necnon Rhomboides, atque trapæza simul.
Æquis lateribus splendens, anglisque quadratum
Rectanglum oblongum, haud æqui tamen laterum;
Sed latera opposita hoc tantum bina obtinet æqua,
Longior ac alia parte Figura sonat;
Rhõbus habet latera æqua, haud est rectangulus autẽ,
Solùm æquos anglos continet oppositos.
Rhomboides verò oppositos licèt obtinet anglos
Æquos æqua tenens opposita & latera.
Non tamen æqui manet latera, aut rectangula formæ;
Distincta à dictis indè trapæza micant.
Quæ sunt quadratæ nulla ratione Figuræ
Anglorum, aut laterum nullus & ordo iacet.
Ecce Parallelogrammum quadrilatra Figura,
Bina Parallela huic sunt latera opposita;
Suntque Parallelæ Lineæ, quæ plano in eodem
Cùm sint, si ductæ parte ab vtraque forent,
Inque infinitum vsque abeant, concurrere nunquàm
Possent, vt surgens angulus his rutilet:
Vndè Parallelogramma hæc quattuor adsunt
Quadratum, oblongum scilicet ac aliud.
Rhombus, Rhomboidesque simùl, rectangula prima
Bina voca, id nomen cætera Bina negant.

DE FIGVRIS SOLIDIS.

Ecce superficie clausas postremo Figuras
Multiplici aut vna, nomine quæ solidæ.
Angulus hinc solidus corpus dicetur in vno
Puncto collectum multiplicis generis.

Quando ſuperficierum hunc inclinatio gignat,
In Cono aut ſphæra vna ſuperficies,
Inclinata tamen; Plana hunc nec gignere bina,
Sed benè tres poſſunt ferre ſuperficies.
Sphæra, Globuſque ſimul ſolida eſt contenta Figura
Vna conuexa nempè ſuperficie.
Ad quam ſi à Centro in Medio ſit Linea quæuis
Ducta æqualis erit, ſicut & antè tuli.
Hinc minimè repeto, quid ducta Diameter, axis,
Seù bini fuerint parte ab vtraque Poli;
Circuli item in Sphæra, qui ſint magni, atque minores,
Hemiſpherium autem nomine in Orbe patet.
Dimidium ſphæræ ſolida eſt hoc namque Figura,
Dimidia à ſphæræ facta ſuperficie.
Corpora quæ verò ſunt quinque Platonica dicta
Queis nomen geſtit regula firma dare
Ignis tetraedrum, Hexaedrum telluris amicum
Icoſaedrum aquæ erunt, aeris octaedrum,
Dodecaedrum autem poſtremo eſt ætheri oblatum,
Sic Mundi expoſuit cuncta creata Plato.
Æquis lateribus, tum anglis, quorum omnia plana
Sunt ſolidorum, equans regula & illa vocat.
Tetraedrum ſolida eſt trianglis ſub quattuor æquis
Quoad latera, ac anglos ſcripta Figuram iacens.
Pluribus aut planis conſtans inſiſtere quorum
Vni concipiunt cætera plana baſi
Paulatim attolli in prædicta triangula viſa,
Ipſa vnum in punctum donec, abire queant,
Pyramidis vertex dictum, lateralia plana
Triangula dicta ideò quattuor æqua manent.
Pyramidis baſis interea petit eſſe Trigonum,
Tùm quoque quadratum vertici vt oppoſita.

Penta

Penta vno gonum, Hexa ac gonum; nomen ab ista
Nempè basi semper Pyramis omnis habet.
Ignis Pyramidis verò retinere Figuram
Vt facile penetrans obvia quæque valet.
Sphærica ei quoniam potiùs sacrata maneret,
Ad sphæram superam dum per inane meat.
Sic vnum extremum, ac aliud stat in igne Figura,
Cui si debetur sphærica consimilis,
Non ea Pyramidis sacræ esset postèa, tubus
Sed potiùs dandus sphæricæ vt assimilis
Quando Isoperimetras inter magis esse Figuras
Vult sphæræ similis cubica Pyramide,
Vt potè contineat quæ plures latior. Anglos
Pyramide, accedens sphæricæ ad ingenium.
Hexaedrum ergò seu cubus, seu tessra Figura
Est solida æqua simul sena quadrata tenens.
Octaedrum solida extat trianglis octo Figura
Æquis circà anglos, omnia tum latera.
Icosaedrum autem viginti continet æquos
Præfata trianglos conditione pari.
Dodecaedrum æquis duodenis penta Figuram
Gonis vt solidam sistere concipies
Penta hæc gona anglos quinos, velut Hexa Figura
Gona tenet senos, cætera sic capies.
Sed solidas alias gaudens celebrare Figuras,
Quæ sunt ad tales quinque reducibiles.
Prisma prius rutilat solidam quam addisce Figuram,
Quam planis scriptam talibus esse puta,
Quorum aduersa Parallela, ac æqualia sistant
Similia, his duplex staret vt æqua basis.
Plana Parallelogramma ast ea cætera fulgent,
Quæ latera in solido prismatis inspicies.

Nil aliud laterata velut ſit priſma columna,
Quàm ſolida æquam vrgens vndique craſſitiem.
Vndè Parallelas ſimiles, æquaſque putabis
Binas oppoſitas eius vtrinque baſes.
Quæ cùm poſſint eſſe triangula, quadrangula, & vltrà,
Taliter ex baſibus priſma vocare potes.
Copia & à planorum eiuſdem quoque priſma vocatur
Pentaedrum, hexaedrum, ſeptaſtedrumque ſimul.
Pentaedrum fuerit baſis eſt cùm triangula, at ipſa
Si quadrangla foret, priſma voca hexaedrum.
Quando baſes plures retinent, quàm quattuor anglos
Ac latera hoc priſma dicito Polyedrum.
Hinc falſum Campanus ait, ſerratile corpus
Dùm tantùm appoſitè priſma vocare putat.
Duntaxat ſolidam ſtatuens id ſtare Figuram
Bina Parallelæ cui quoque plana baſes.
Similia expoſita, ac alia æqua triangula ſurgant
Diuerſæ & Formæ cætera plana tria,
Siuè Patallelogramma hæc tria plana reſurgant.
Priſmatis aſt talis ſola Figura micat.
Priſmatis ac ſpecies data definitio plures
Complectitur quas nunc ſit tetigiſſe ſatis.
Indè Paralleleppedum ſolidam eſſe Figuram
Sex planis ſcriptam concipe quadrilatris.
Quorum bina Parallela, ac æqualia ſiſtant
Scripta Figura in ea qualibet oppoſita.
Sicque Parallelogrammorum quot genera adſunt
Eius tot fuerint: quattuor hæcque forent.
Sex ea quadrata hoc cubum, ſed longa notabunt
Hoc ſolidum partis longius alterius.
Sex illæ inſcriptas Rhombi, vel dantia formam
Rhomboidis, quoque ei cedere nomen auent.

Qua-

Quæque Parallelepepedi, vel prismatis illas
Non retinent species, illa Trapeza voca.
Namque Parallela haud solidis his plana, nec æqua
Opposita exurgunt, ordo nec vllus adest.
Consequitur post dicta rotunda columna Cylindrus,
Cuius formam, axes percipe, itemque bases.
Nempè Parallelogrammi est rectanguli hic ortus
Fixum vnum tantum quandò latus remanens
Illorum circà anglum rectum quæ esse videntur,
Vt conuoluatur dicta Figura finit;
Vndè Parallelogrammi reuolutio facta
In se dum incæpit se vndè mouere, redit.
Tunc ea scripta Figura erit appellanda Cylindrus
Ex trina constans nempè superficie;
Ex binis planis, quæ girant circuli ad instar
Conuexa, est duplex; tertia curua manet.
Illa Parallelogrammum cariùè ergo quiescens
Circà quam girat linea recta, latus
Axis erit talis descripti mente Cylindri,
Vt latera è contrà bina voluta bases.
Conuexam atque superficiem, curuamque notabit
Immoto lateri mobile id oppositum.
Hicque Cylindrus erit rectus, quia rectus & axis
Non inclinatus tangit vtrinque basem.
Postremo conus triangli rectanguli obortus
A gyro solida est scripta Figura fluens,
Quandò manente vno triangli rectanguli eorum
Rectum circà anglum quæ sociata manent.
Ex circumducto in se totum triangulo in ipsum
Vnde fuit motum, tum redeunte, locum
Insurgit conus cui linea recta quiescens
Circà quam triangulum vertitur, axis erit.

Linea, quæ reliqua infiſtet ſi eſt æquæ meanti
Rectum circà anglum. Rectus & anglus erit
Scilicet ortho manet gonius quoque conus, at ambly
Gonius hæc ſi illa eſt linea recta minor
Oxi quoque is gonius reſtabit conus, eandem
Maiorem lineam ſi retinere valet.
Linea vt hæc axis rutilat, ſic circuli ad inſtar
Altera ſtat coni linea mota baſis.
Linea at illa, latuſque aliud quaſi mobile girans
Curuam deſcribit mota ſuperficiem,
Conuexam dictam, & curuam, quam poſteà vertex
Vt punctum coni colligit exterius.
Conus at hic triplex ſeu ſit rectanglus, acutus
Siuè ſit obtuſus nomine rectus erit.
Namque baſim ad dictam ſemper de vertice ductus
Directum eſt cupiens axis habere ſitum.
Vertex, axis, itemque baſis, quæ circulus extat
Coni, & ſcripta patent curua ſuperficies.
In cono ſupereſt nunc cernere, quinque Figuræ
Quomodo ſcribantur mente Mathematicæ.
Circulus, ellipſis, quæ parabole ordine habentur,
Vna & hyperbolica ac anti duplex poſita.
Ergo vel obtutus, vel acutus, ſiue maneret
Rectanglus conus, rectus vt expoſitus,
Diuidi is à plano ſuprà ſi fortè trigonum
Per gyrum ſuprà hoc facto ab eo ſimulet.
Ad perpendiculum ſed ſuprà ſtante Trigonum
Per punctum, extrà apicem quod tamen ire queat.
Dimetiens clauſæ tunc axis ſiue Figuræ
Si æqui baſi diſtet, tùm latera ambo ſecet.
Nempè trianguli vtrumque, eſt circulus illa Figura.
Si latera at planum ſtans ità bina ſecet,

Non

Non tamen æqui baſi diſtans, nec rectus & axis
Sit vel dimetiens, ſed quaſi præcipitet;
Tunc erit ellipſis genita, aut defectio dicta
Tendere in immenſum quæ nequit, vt reliqua.
At ſi plano ducto per punctum antè ſtatutum
Scindente & conum facta Figura mioet,
Cuius dimetiens axis ſiue, æqui Trigoni
Dictans ſit tertio ſuppoſito lateri.
Parabole illa Figura ferè è regione vocatur,
E regione manens alterius lateris;
Cùm cono quia quantùm eadem producta maneret
Axe, Parallela eſt oppoſito lateri:
Circulus ac velut, ellipſiſque trianguli vtrumque
Tangebant latus, hoc ipſa, ſequenſque negat.
Plano igitur ducto ſuprà ſic ſtante Trigonum,
Si conum ſcriptum quando ſecans capitur,
Haud ſecuit latus oppoſitum, tamen æqui Figuræ
Axis non diſtet tertio ab hoc latere
Namque ità paraboles ſtaret; latus iſtud at extrà
Conum concurrens conſecet oppoſitum.
Tunc velut exceſſu dicetur hyperbole ab illo
Anglo ex maiori ſcripta Figura ſuo.
Angulus axe Figuræ etenim, latere atque Trigoni
Contentus maior parabole eſt alio.
Tandem coniunctos binos in vertice conos
Siparitèr capias oppoſitis baſibus.
Tunc binæ factæ contrariæ hyperboles eſſent,
Seù contrapoſitæ dictæ ab Apollonio
Dum tamen oppoſitos conos immobile planum
Scindat; ità hæ curuæ linæ habent fabricam.

DE TRIGONOMETRIA.

Sed satis bicplanas tetigi solidasque Figuras,
Seu recti, aut curui, seu generis varij.
Ex quibus ad Cœli, Terraque triangula quæque
Sphærica mensuram, planaque sufficiunt.
Plani, recti aut linei sunt latera omnia rectæ
Tres lineæ, quales plana triangla colunt.
Spherici item latera in sphæra cuiuslibet arcus
Circuli erunt magni; sextuplus hicque patet.
Nempè Meridianus cum Finitore, Coluri
Bini, Zodiacus tum æquidiale nitent.
In crura; atque basim latera hæc diuisa reluceut,
Anglum comprehendunt cruraque bina suum.
At basis opposita est, quem quærimus, angulo eidem
Commune ac plano, sphærico & id fuerit.
Non sic in gradibus contentis plana triangla,
Dictaque de sphæra sphærica conueniunt.
Nàm centum octuaginta gradus petit omne Trigonum
Si planum, quos recti anguli habent duplices,
Queis rectis binis æquales anguli adessent
Trini, id non triangla sphærico inesse solet.
Cuius tres binis rectis iure anguli habentur
Maiores, quatuor qui tamen haud faciunt.
Siquc duplex quodcumq; triangulum effertur ab anglo
Seu recto, obliquo scilicet aut duplici;
Planum, tunc recti aut lineum bino angulo acuto
Rectanglum, tum uno splendere recto id auet.
Ipsumque obliquanglum aut tres retinebit acutos,
Obtuso aut binos unico eos retinet.

Sphæ-

Spharico at huic triangio, rectanglum si micat, unum
Siue duos rectos, tresque sacrare licet.
Si sit obliquanglum tres siue obtusi, & acuti,
Seu mixti dantur, sic variare volunt.
Hinc doctrina Trigono amborum en metrica fulget,
Qua sublime decus Docta Mathesis habet.
Ipsa sinus memorat, tangentes, atque secantes
Lineas, queis iactat cuncta soluta dare
Arcus nempè sinus cuiusuis portio chordæ,
Arcum subtendens linea chorda manet.
Dum sinus in rectum, versumque secatur, eundem
Rectum deberes scindere tripliciter,
Nempè sinum in totum, qui semidiameter esset,
Circuli honoratum nomen habens radij
Quadrantis sinus appellandus nobilis arcus,
Nonaginta gradus, qui retinere solet.
Inque sinum rectum dictum cuiuslibet arcus
Sit semi hìc circlo maior, itemque minor.
Ad perpendiculum, qui est arcus linea ab vno
Extremo, cuius dicitur esse sinus.
Circuli in extensam diametrum ducta prementem
Extremum tangens arcus obliqua sui;
Inque sinum complementi, cuiusmodi & arcus
Fulgere vt rectus dicitur ille sinus.
Vndè sinum hunc complementi non esse quadranti
Aptandum nouit quilibet Astronomus;
Complementi arcum quia respuit, illud & ipsum
Respectu ad quadrantem exijt hac specie.
Hinc totus sinus, & non totus fertur vterque
Dupli arcus chordæ splendere dimidium.
Respectu arcuum, complementorumque sed omni
In circlo Versum hunc quoque verme sinum.

Qui

Qui prout ſtare ſinu toto maiorque, minorque,
Æqualiſque valet dicitur eſſe triplex.
Vndè ſinus Verſus arcus, dictuſque ſagitta
Segmentum varium diametri habendus erit.
Interè nempè ſinum rectum, extremumq; propinquum,
Interceptum arcus triplicitate tumens.
Poſt Verſus complementi ſinus ille videtur
Arcus ità exſcripti Verſus ineſſe ſinus.
Semi hinc circlum arcus duo complentes ſinum eundem
Verſum complentem ſicut & arcus habent.
Complementi habeant arcum, quia vtrique vt eundem;
Hæc at ſufficiat tangere de ſinubus.
Conſequitur tangens arcus, quæ tangit in vno
Extremo hunc ipſum linea recta foras.
Siuè diametri extremo perpendiculo hæret,
Ducitur ac recta, cùmque ſecante coit.
Complementi autem tangens ea dicitur arcus
Sic appellati linea recta ſui.
Præterea tangens adſcripta & linea fertur
Atque Parallela eſt arcus ei ſinui;
Linea recta ſecans tandem intercepta videtur
Tangentem, centrum circuli, & inter idem.
Segmentumque apparet ſemidiametri ad vſque
Tangentem ductum, quæ fluit exteriùs;
Ergò ſecans complementi micat illius arcus
Expoſiti tali nomine recta ſecans;
Recta ſecans arcus tùm tranſinuoſa vocatur
Tùm quoque per Græcos hypotenuſa foret.
Nomina tangentis lineæ, dictæque ſecantis
Collecta ex harum poſitione manent.
Nimirùm reſpectu arcuum, ſinuumque Figuris
Sicut in adſcriptis rectta videre potes.

Ex-

Ex tribus his lineis dictis si cuncta triangla
Mensuram accipiant; has benè mente cape.
Quare harum tabulis pro trianglis vtimur ipsis
Soluendis tabulis præcipuè sinuum.
Vt potè queis ibi semisses ostendere posses
Chordæ, & subtensas, quas alibi tetigi,
Perimetri subtenduntur quæ partibus intrà
Circlum, hoc in curuo rectaque dicta micant.
Sphæricum enim Cœlum cùm sit, circlisque requirat
Mensuram rectis hanc sine habere nequit.
Hinc tabularum ope colligimus rectæ arcubus, anglis
Quæ subtendantur lineæ ibi positæ.
Tùm quibus è contrà rectis sint anguli, & arcus
Correspondentes, vt trutinare vales.
Hæc mensura gradus per Notos Circuli habendæ,
Quos nonaginta respicis in tabulis;
Qui gradus in radio si centum millia ponant
Particularum idem finis erit numeri.
Particulas vtique & plures supponere quires,
Quoduis supponas, calculus indè fluit.
Vndè vides gradui numerus quis cuilibet extat
Aptus, vt insurgat calculus appositus.
In circli quadrante sinus, tangensque, secansque
Conspiciuntur, ibi supputa & ista simùl.
Calculus vt fiat petit aurea regula dicta
Nempè trium propriam tradere notitiam;
Discere quam poteris benè Præceptoris ab ore
Non sic pro captu carminibus facilem.
Ergò his suppositis metiri forte triangla,
Si per eas lineas sphærica, plana velis.
Ex sex in trianglis contentis, scilicet anglis,
Lateribusque tribus bina notanda tene.

Quod

Quod latera ex anglis cognoſci trina requirunt,
Exque ipſis angli lateribus poſitis.
Quodque ex his mixtis tria debent nota manere,
Dicta trium fieri regula vt illa queat.

DE TRIANGVLIS PLANIS.

SIque prius gaudent ea plana triangla reſolui
Quot gradus his ipſis ſint tribuendi habeas.
Quare binis notis anglis triangulo in omni
Notus quæſitus tertius, & fuerit.
Si ſemi à circli gradibus dematur vterque,
Quod ſupereſt tertium notificare ſolet.
Hinc trianglis in rectanglis, duo cæteri acuti
Poſt Notum rectum ſi huius ouant gradibus,
Vno ab acuto etiam dùm noto ſubtrahis, eſſet
Recti complementum alter ad vſque gradus.
Sic & in æquilatro tres æqui protinùs angli
Sexaginta gradus ſinguli habere volunt.
Vndè dato vno duo reliqui noſcuntur & angli;
In non æquilatris non eadem repetunt.
Anglo nempè dato de vertice iſoſcele in ipſo
Suprà angli ſtantes dantur vtrinque baſim;
Complementum ambo dati ei ſimul anguli habentur;
Semi vt circli omnes poſſis habere gradus;
Vnaque medietas complementi exhibet vnum
Ac alium reſtans, æquo vt vtroque ſito.
Adque baſim ſi vnus notus, quoque notus & alter
Æquus, & ad reliqui notitiam faciunt;
Si à rectis ambos ſubducas nempè duobus
Reſtat is à ſummo vertice nomen habens.

Sic

Sic & in obliquis ſi dentur fortè ſcalenis
Bini angli pariter tertius is dabitur.
Vt potè ſit complementum, qui ad ſemi notatas
Circuli eas partes, quas minimè repeto.
Ex tribus at notis anglis latera oppoſita illis
Quantùm extendantur noſcere non poteris,
Dùm paruum trianglum magno queat æqui maner
Angulum ibi quamquàm haud æqua forent later
Nempè minora minore in eo, maiora trianglo
In maiore, velut ſcripta figura docet.
Sed latera amborum proportionalia ſtabunt
Homologa, Euclides ſicut amicus ait.
Cùm verò, vt dixi, tria ſemper nota manebunt
Seù latera, aut angli mixta vel alterutra.
Pro ignotis ac ſoluendis ea regula dicta
Aurea ſit pollens; huius origo patet.
Scilicet appoſitis quattuor, proportio quorum
Quæritur omninò, primaque nota foret,
Quæ cadit in primis binis, quoque tertij at illa
Ignotum ad quartum ſimilitudo premat;
Tunc tribus ex iſtis notis proportio quartum
Sic dabit ignotum, regula vt illa docet;
Si dicas: vt habet primum ſe ad nempè ſecundum,
Tertium ità ad quartum; calculo & id capies.
Quandò ſecũdum in tertium ducas, tum illud obort
Scindas per primum regula Aritmetica.
Nàm quotiens quartum ignotum monſtrare valebit
Aurea ſic curret regula dicta trium.
Exempli cauſa duo primum, poſtque ſecundum
Sint tria; ſed tertium ponere ſex placeat;
Tunc quartum ignotum quærens, proportio tertij
Ad quod ſit velut primi ad eum reliquum;

Mul

Multiplicare ſecundum in tertium, aut ducere debes,
Productumque ſimùl ſurrigit octodecim
Partitum quod per primum in quotiente valebit
Ignotum quartum tradere nempè nouem.
Ad quod ſex ſtabit proportio ſeſqui vocata
Altera, vt & primi ſtabit ea ad reliquum.
A maiore ſuo quoniam ſuperatur vtrumque,
Quantùm comportat propria medietas.
Hinc & per primum ſi quartum, perque ſecundum
Tertium, vt apparet, multiplicare velis
Æqualis numerus ſurget, velut vſque Figuris
Verum hoc in planis cernere dogma potes.
Nàmque Parallelogrammum rectangulum oriri
Si bina ex linea multiplicata aueat,
Anglum quæ circà rectum ſit ducta viciſſim
Vnius in reliquum, ſicut & in Numeris
Proportionales tunc lineæ quattuor ortæ
Proportionem ipſam, quam numeri, retinent.
Quattuor hæ rectæ ſi Euclide loquente manebunt
Proportionales lineæ vt expoſitæ.
Rectanglum mediarum eſſet rectangulo eidem
Extremarum æquum, ſicut ineſt numeris.
Productum ex ducta in tertiam ſeu nempè ſecundæ
Ex primæ in quartam ductu ei erit ſimile.
Vndè reſoluendis pro trianglit ſi omnibus iſta
Regula ſeruetur, cuncta ſoluta dabis.
Quoad plana aut rectangla, aut obliquangla, priora
Faciliora manent; cætera fortè minùs.
Si pro intellectu ſunt quædam axiomata dicta:
Hæc pro rectanglis quæſo notate priùs.
Vnumquodque latus rectangli ponere poſſes
Pro radio vt ſint calculus appoſitus.

Hypo-

Hypothenusa si erit radius, sinus oppositorum
Tunc, & Acutorum crura vocata forent.
Pro radio alterutrum si crus stabit, reliquum crus
Constabit tangens, hypothenusa secans.
Indè datis anglis laterum proportio eisdem
Addisci debet, scilicet ex tabulis.
Tunc facilè ex anglis notis latere vnico, & vltrà
Mensura in quauis supposita capies,
Quò pacto reliqua ignota ista reddere quires
Nota, vel è contrà si hæc latera ambo tenes
Addisces anglos ignotos, & latus illud
Suppositum ignotum regula habente modum.
Hypothenusa velut latus ad perpendiculi habetur
Radius ità ad talem, suppositumque sinum.
Vt basis ad perpendiculum, sic radius ad angli
Tangentem inscripti pendulo ei opposito
Posteà pro cunctis obserua axioma secundum
Seù triangla amplectens recta, & obliqua simul.
Quod latera amborum proportionalia, iactans,
Oppositorum etiam suis finibus maneant.
In quouis etenim plano si fortè trianglo
Apta conscriptus circulus arte micet.
Tunc eius latera arcuum subtentorum & habebunt
Chordarum formas, à quibus indè sinus;
Medietates, qui sunt horum, ac semi colentes
Arcus subtensos, innui vt antè suprà.
Anglorumque ideò quoque sunt sinus oppositorum,
Qui sinus expositis arcubus assimilant;
Dupla horum sinuum vt chordæ latera ergo vocata
Anglorum stabunt vt sinus oppositum.
Fundaturque axioma super theoremate quarto
Euclidis sexti, tale vbi dogma iacet;

Trian-

Trianglorum latera en proportionalia fulgent.
Æqui sed anglorum singula ibi apposita;
Circà æquos anglos latera hinc æqualibus anglis
Subtensa existent nomine vt Homologa.
Inseruitque Trigono hoc mirè ad metrica dogma
Rectè intellectum, plura scienda notans.
Quarè in obliquanglis notat hoc axioma trianglis,
Quomodò de triplici cætera percipias,
Seù tres angli vnumque latus sint nota, vel vnus
Angulus oppositus cum latere & duplici.
Siuè datis binis anglis, tum crure manente
Ex istis alicui scilicet opposito.
Verùm si dentur duo crura, & vertice ab alto
Angulus explendens cætera non capies.
Nempè basim ad fictam binus, qui consistet anglus
Ignotus fuerit, tùm memorata basis.
Hinc tertium surgit planorum axioma recensens
In trianglis planis dogma sublime nimis.
Summa duorum vt quorumuis laterũ se habet horum
Ad discrimen ità est, quod citò consequitur.
Dimidiæ tangens sic summæ nempè duorum
Anglorum, oppositè quos premit illa basis,
Est ad tangentem dicti discriminis infrà,
Vel paritèr suprà dimidium positum.
Imò basim anglis ignotis reperire valeres
In trianglis, quartum si quoque dogma capis.
Angli nempè sinum ad reliquum, qui ex vertice fertur
Vt radius suprà se tenet expositus;
Facti à bino crure duplum ad discrimen ità esset
Crurum inter quadrata, atque quadrata basis.
Sic tandem data crura ferent latera omnia, & anglus
Deberes æquo significare modo.

Quin-

Quintum axioma nota: Latus vt quod maximũ habebat
Se ad ſummam amborum compoſitam laterum,
Sic reliquorum ambum laterum diſcrimen ad illud
Se quoque ſegmentum maximi habet lateris;
Quo dempto perpendiculum cadit ecce relicti
In ſegmenti vnum poſteà dimidium.
Imò dato triplici latere, ad rectangula, & abſque,
Quod ducas, anglos notificare vales;
Si ſextum tù axioma capis, dicaſque vt habebit
Se duplum facti à cruribus expoſitis,
Exquiſitum circà anglum ad diſcrimen eorum
Crurum interfacili ficta quadrata modo.
Sic ſinum ad expoſitum radius poſtremò ſecundum
Angli quæſiti ſe retinere ſolet.

DE TRIANGVLIS SPHÆRICIS.

EXpoſitis his de planis nunc ſphærica nobis
Noſcere perfectè dicta triangla placet.
Suppoſitoque Poli ſphæræ quod puncta relata
Extrema effulgent axis in orbe ſui.
Circuli & in ſphæra deſcripti Polus illud habetur
Punctum ſub ſphæræ nempè ſuperficie.
A quo ad perimetrum circli quæ lineæ abirent
Rectæ æquales ſunt, circuli & ora premant.
Sique ſecant ſe duplicitèr recto angulo ad intrà
Magni quòd centrum circuli idem teneant;
Ad rectos anglos ſcindi dicetur vterque,
Quando Polos per eos tranſeat alterius.
Non magis inclinans vni, quam cæteræ vt æquus
Parti, ſic circlus maximus ille foret.

Per circli quadrantem idem distare videtur
Maximus à propriis vndique namque Polis ;
Sique duo, aut plures circli, qui maximi habentur
Recto magnum anglo fortè secare velint.
Tunc Polus eiusdem circli concursus eorum
Fulgebit magni, sic globus ista probat.
Sphæricus anglus erit velut inclinatio eorum
Arcuum, quos magni circuli in orbe creant,
Inque superficie sphæræ se mutuò tangunt,
Siuè secant, horum sed benè pende metrum.
Inclinationem ipsorum non iurè resoluit
Magni arcus circli quilibet oppositus,
Interuallum ad quadrantis super angulo, at ille
Puncto discriptus suprà vt in orbe Polum ;
Cùm perpendicularis erit quoque circuli is arcus
Alteri, ei duplices anguli inesse petunt
Æquales, rectique simùl, rectoque videtur
Obtusus maior, stas vt acute minor.
Vndè dato puncto, atque Polo arcus sub quolibet anglo,
Conductus si alius sit per vtrumque locum ;
Circulus hic ad circlum illum stat rectus, at arcum
Si haud vis per positi scribere fortè Polum
Anguli vtrinque haud recti essent, obtusus, acutus
Sed stant ; exemplumque omnia nota facit.
Sphæricum at insurgens ex anglis indè trianglum
Efficium in sphæræ cerne superficie ;
Magnorum circlorum de tribus arcubus, omnes
Semi quidem circli singuli ab orbe cadunt.
Hoc laterum ratione triplex, vt plana, refulget
Anglorumque etiam stat ratione triplex.
Sphærici & vt dixi angli arcus stat maximi & arcus
Circuli in hoc anglo, quem Polus vsque premit ;

Qui

Qui Polus inter captus duas quoque sisteret arcus,
Queis anglus scriptis sphæricus opprimitur.
Omnis quare arcus, qui sphærica ei angula habetur.
Oppositus nequicquam illius arcus erit.
Cùmque Polus circli magni quadrante ab eodem
Distet, sit surgens arcus vtrinque quadrans.
Tuncque anglus fuerit rectus, velut ipse sit acutus
Arcus item poterit stare quadrante minor.
Sphæricus ast anglus fuerit si obtusus, is arcus
Maior comprendens inde quadrante foret.
Complementum arcus excessus fulget, eundem
Prædictum quadrans quo superare petit.
Arcus tunc quadrante minor, tamen iste quadrante
Si maior, quadrans tunc superatus erit.
Angli & idem de complementa intellige, idemque
De tangente, sinu, dequa secante cape.
Proprietates sed similes existere in anglo
Sphærico, vt in plano cernè parùm carias.
Sphærici enim latera, aut ea crura vocata vicissim
Si benè concurrant continuata simùl;
Semi illa efficiunt circlos, bini anguli & aqui
Interse surgunt scilicet oppositi.
Arcus & arcum suprà si foret, efficie anglos
Rectos, aut equali his ratione duos.
Æqui quoque anglũ est æquilatrũ, imò in isosele binos,
Anglos æquales cernè suprà esse basim.
Arcubus ac æquis productis anguli & infrà
Stare, basim æquales conspiciuntur ei.
Sic latera æquilatri possunt fulgere triangli
Singula quadrantes, tum magis, atque minùs
Singula nimirum maiora quadrante, minora;
Recti, obtusi anguli non & acutiora erunt.

Obtuſos maiora, at acutos illa minora
Quadrantes rectos inſinuare patet.
Dùm latera æqua forent in iſoſcele bina, quadrantes
Compræhenſus rectus ſi angulus bis fuerit.
Tunc baſis eſt quadrans, ſi obtuſus maior, acutus
Si fuerit, baſis eſt illa, quadrante minor.
Atque baſis Polus eſt ſemper ſuper angulo ab ipſis
Lateribus preſſo; ſed ſatis iſta tuli.
Nàm facilè his capies; quando mixti anguli adeſſent
Obtuſi, recti tres, & acuti ibidem.
Tùm quandò paritèr nequicquàm rectus habetur
Vllus, acuti etenim tres quoque ſufficiunt.
Vnum aduerto; ſequi minimè rectangulo vt vnus
Solùm arcus trianglo poſſit ineſſe quadrans.
Sphæricum idem trianglum ſi rectos continet ergò
Tres, iſtis notis nota manent latera,
Vt potè quadrantes, & mutuò nota manebunt.
Si tantùm at rectos iactat habere duos,
His notis latera oppoſita bis cognoſcere debes,
Tertium & ex noto ſuppoſito latere.
Vel latus id tertium cognoſces tertio ab anglo,
Tunc menſura eius nam latus illud erit.
Sectio namque æqua ad rectos ſupponitur anglos,
Mutuò per proprium tranſitus immò Polum.
Talibus in caſibus non eſt opus arte Trigono
Metriæ, at in reliquis plura notanda tene.
Tàm pro rectanglo, quàm pro obliquangulo, abundè
Quæ in trianglo quouis docta Matheſis habet.
Suppoſito quarè anglorum quod crura ſequantur
Oppoſitorum ipſis dicta ſuprà ſpeciem;
Quod concordant crura, ac oppoſiti inſuper angli,
Si fuerit quadrante hypothenuſa minor;

Sed

Sed non concordant maior quadrante maneret
Si hypothenusa, & idem concipe in oppositō;
Tùm quod si hypothenusa quadrans consisteret, vnum
Siuè aliud crurum quiuerit esse quadrans;
Cruribus anglorum siue ipsis rectus habendus
Oppositorum alter, tùm viceuersa aderit,
Suppositis inquam his, recōles axiomata mira,
Sphærica queis solui quæque trangla petunt.
Siuè in rectanglo rectum vnum, duos & obliquos,
Siuè in obliquanglo, quod modo percipies.
En pro rectanglis prius esset; quod sinus omnes
Hypothenusarum, quæ sub acuto abeunt.
Proportionales sinubus impendiculorum
Sunt, quæ in acuto etiam crura secanda manent.
Indè secundum est; quod taugentes crurum, & eorum
Proportionales sint sinubus reliquis
Seù crurum sinus, & tangentes intèr eosdem
Proportionales se paritèr teneant.
Tertium consequitur: quod crura minora quadrante
Si sient, aut angli cruribus appositi.
Extremæ vt tangens descriptæ externa propinquæ
Ad suæ intermediæ vult remanere sinum
Radius ità ad reliquæ extremæ vult stare propinquæ
Tangentem; circà pende remota & idem.
Nam latera existent si bina quadrante minora,
Inter se hæc primò iunge relata simùl.
Cùm maioris complemento deindè minoris
Compones lateris particulas positas
Posterioris & arcus ità facti sinui æquo
Compositi primò subtrahe ab inde sinum.
Nimirùm complemento, siue adde sinum illum
Excessus, quires tunc ità iurè loqui:

Vt radius medium ad rectæ, quæ facta ſub illa
Subtractione bona, aut additione iacet;
Verſus ita eſt ſinus anguli à dictis cruribus inter
Ceptus ad illum angulum, qui quoque rectas erit;
De ſinu & arcus quandoquidem ſubtracta ſecundi,
Si quoque compoſiti recta relata foret:
Ecce ſinus complementi linquetur ab illa
Quæſiti lateris tertij Arithmetica.
Vel ſi de recta vis poſterioris eadem
Arcus compoſiti ſubtrahere expoſiti;
Tertij & exceſſus lateris ſinus æquus ab illa
Linquetur, capiet qui poterit capere.
Quartum eſt pro quouis ſurgens axioma triangulo
Spherico, vt planis id pariter tetigi:
Nempè ſinus crurum, aut laterum quod ibi oppoſitorum
Directè anglorum ſint ſinubus proprijs;
Proportionales nimirum, axioma ſed omni
In triángulo quintum ſpherico ita obloquitur:
Quadratum vt ſe habet ad rectanglum ſtare putatum
Quorumuis crurum ſub ſinubas proprijs;
Verſus ità eſt anguli ſinus alto à vertice dicti
Verſi ad diſcrimen nempè ſinus duplicis;
Quorum ſtat baſis vnus, ſed diſcriminis alter
Effingit crurum ſuppoſiti ſpeciem.
Iſta legens aliquis facili ſermone tonaret
Rurſus: Is hæc capiet qui poterit capere;
Aſt exempla valent quæ incognita reddere nota
Haud in carminibus ſe reſerare queunt;
Inſuper expoſita hæc axiomata certa Trigono
Metriæ in abſtruſis ordinibus latitant;
Vnde Tyro haud facilè hæc quiuis comprehendere poſſet
Calculo eorundem territus innumero;

Cal-

Calculum ad euitandum talem vt tædio onustum
Sunt numeri inuenti facilioré modo.
Nimirùm à Scoto Logarithmi Authore Nepero
Dicti, quèis virtus alma tributa micat.
Artificiosè etenim sinubus, tangente secante
Pro lineis, minuunt absque labore id opus.
Proprietas horum dum sit, vertatur in æquum
Addere vt insurgens multiplicare suum;
Diuidere at in subtrahere vt pertranseat æquè
Productum, æquali ac ordine surgat idem.
Tùm sinuum vt tabulæ, tangentis, itemque secantis,
Sic logarithmorum sunt propriè in gradibus
Correspondentes primis, Adrianus vt Vlach,
Atque Caualerius, tùm reliqui memorant.
Tuque Mathematicos Authores consule quorum
Thesauros iactant dogmata certa dare.
Thesauros binos Keplerus dixerat olim
Esse Mathematices, quos breuitate nota.
Alter erit ratio in rectanglo nempè triangló
Subtensæ ad latera, ex qua tria pulchra fluunt;
Cubi, Pyramidis, namque hac constructiò surgit
Octaedrique simùl, plura docente alia;
Quando in rectanglis trianglis stans illud obortum
Quadratum, quale hæc hypothenusa facit,
Quæ subtensa, latusque sonans subtendere rectum
Anglum concipitur protinùs oppositum,
Hoc quadratum inquàm est reliquis æquale quadratis,
Queis latera exortum cætera bina dabunt.
Quæ latera aspicies circùm consistere rectum
Anglum, ex quo arcanum surrigit eximium
Cuius Pithagoras inuentor creditus ausit
Hoc centum Musis sacrificare Boues.

Linea, quæ reliqua inſiſtet ſi eſt æquæ meanti
Rectum circà anglum. Rectus & anglus erit
Scilicet ortho manet gonius quoque conus, at ambly
Gonius hæc ſi illa eſt linea recta minor
Oxi quoque is gonius reſtabit conus, eandem
Maiorem lineam ſi retinere valet.
Linea vt hæc axis rutilat, ſic circuli ad inſtar
Altera ſtat coni linea mota baſis.
Linea at illa, latuſque aliud quaſi mobile girans
Curuam deſcribit motaſuperficiem,
Conuexam dictam, & curuam, quam poſteà vertex
Vt punctum coni colligit exterius.
Conus at hic triplex ſeu ſit rectanglus, acutus
Siuè ſit obtuſus nomine rectus erit.
Namque baſim ad dictam ſemper de vertice ductus
Directum eſt cupiens axis habere ſitum.
Vertex, axis, itemque baſis, quæ circulus extat
Coni, & ſcripta patent curua ſuperficies.
In cono ſupereſt nunc cernere, quinque Figuræ
Quomodo ſcribantur mente Mathematicæ.
Circulus, ellipſis, quæ parabole ordine habentur,
Vna & byperbolica ac anti duplex poſita.
Ergo vel obtutus, vel acutus, ſiue maneret
Rectanglus conus, rectus vt expoſitus,
Diuidi is à plano ſuprà ſi fortè trigonum
Per gyrum ſuprà hoc facto ab eo ſimulet.
Ad perpendiculum ſed ſuprà ſtante Trigonum
Per punctum, extrà apicem quod tamen ire queat.
Dimetiens clauſa tunc axis ſiue Figura
Si æqui baſi diſtet, tùm latera ambo ſecet.
Nempè triangli vtrumque, eſt circulus illa Figura.
Si latera at planum ſtans ità bina ſecet,

Non

Rectangli à latere ac vbi linea secta videtur,
Extrema mediaque hanc ratione puta.
Diuide seù linam puncto sub tali, vt obortum
Rectanglum à tota linea ità exposita,
Atque minori à segmento illo æquale quadrato
Segmenti magni surrigat alterius;
Extrema, ac media ratione ea linea secta
Effulgens paritèr stabit vtroque modo.
Euclidesque libro sexto vult tangere primum,
Inque secundo alium, quos trutinabis ibi;
Mirum vbi cognosces. numeris problema quod istud
Nequicquam positis insinuare queas.
Ast ibi nota trium solùm proportio stabit
Linearum, ac primum linea tota micat,
Posteà segmentum maius, minus indè sequetur;
Sed proportionis forma relata suprà est.
Thesauris ex his binis velùt vngue Leonem
Ex sola, formam nosce Mathematices,
Termini & eiusdem satis hac ratione notati
Te facient meliùs sphærica percipere.
Circuli vt in sphæra visi magni, atque minores
Cardinibus mentis figere in arce queant.

SECVN

SECVNDA PARS
ASTRONOMIAE.

Occasionè Poli bini, tàm circuli & omnis
Insurgit duplo sphæra secata modo;
Iuxtà nimirum suæ substantialia, & illa
Quæ sphæræ dicunt Astronomi accidere.
Accidit huic etenim si recta, & obliqua feratur,
Atque Parallelas induceret facies.
Recta si Horizonti incumbit Polus eius vterque,
Atque loci vertex æquidiale premat.
Alter dum Polus exurgit fit obliqua, sic alter
Deprimitur; nobis arcticus alta tenet.
Vertice & à nostrò tantùm æquidiale recedit.
Quot gradibus quauis surgit in vrbe Polus;
Indè Parallela exultat, dùm in vertice scandit
Altus, in oppositò sed Polus alter erit.
Tùne & Horizontis sedem æquidialè tenebit;
Ac per id in gyrum syderæ mota forent;
Sphæra secata autem per substantialia eidem
Propria, sic mundi corpora scissa notat.
Primò elementaris regionis surgit, & alta
Æthereæ variæ sectio conspicua.
Linquo elementarem facili sermone quadrigam
Terraqueus quam orbis, aer, & ignis habent.
Conscendo ætheream, in qua Lunæ est infirmus orbis
Mercurij sequitur, Luciferique super;
Indè Planetarum medij stat principis æther
Solis, post Martis, beneficique Iouis;

Po-

Postremò Saturni orbis complere cohortem
Septenam erronum, quoque loquente, solet,
Firmamentum autem suprà fulgere Planetas
Syderibus vsis vt trepidare patet.
Antiquitus quod suppositum quasi Mobile primum
Occasum repetens ex Oriente fuit.
Quotidiè hunc motum absoluens, quia sica moueri
Propriè adhuc nullus nouerat Astrophylus;
Sed post Timocharem Hypparchus cum fixa notasset
Contrà mota, nouem cœlicatecta tulit.
Alphonsus Rex obseruans quoniam insuper esset
Versus fixa ambos contrepidare Polos.
Accessus ab eis simulantia, itemque recessus
Per paucos Cœli sub statione gradus.
Motum ad saluandum talem cœlum addidit, vndè
Est decimum primum mobile suppositum.
Hunc motum sed tentantes duplicare recentes
In longum, & latum visa per Astra vices
Vndecimum cœlum pro primo Mobili ab ortu
Tendere in Occasum constituere prius.
Qui motus fiat viginti quatuor horis;
Mensura at eius dem æquidiale micet.
Vndè Polos suprà Mundi absoluatur, & axem
Mundi, per centrum quem penetrare vides.
Post decimum cœlum in latum nutare colurum
Suprà solstitij sydera vtrinque docet.
Lentior est in itu, ac reditu hæc libratio, in annis
Dum quadringentis mille ter vna ruet.
Circuli anomalia explendens ecclipticæ obliqui,
Quæ modo obliqua magis, visa modo esse minùs.
Sed cœlum nonum super æquidiale notabit
Nutare in longum sydera vtrinque situm.

Est

Eſt in itu, ac reditu mille hæc libratio in annis
Ac ſeptingentis circuitum faciens.
Nomen Anomaliæ hæc ità præceſſionis eorum
Punctorum exquirens æquidialis erit.
Motibus his dubiſs decimo, nonoque tributis,
Firmamento aptè reſtituere ſuum.
Scilicèt aduerſus primi ſtatuere diurnum
Mobilis excurſum fixa meare ſimùl.
Tantùm qua aſtra gradum centum decurrere in annis
Credantur, ſapiens vt Ptholomeus habet.
Sex ſpatio annorum triginta millia vt orbis
Magnus compleri poſſibilis fuerit;
Sexaginta licèt ſex Albategnius annis
Aſtra putans vnum fixa meare gradum,
Septuaginta Ticho & credens abſoluere in annis
Fixa gradum minuant iſtius orbis opes.
Quolibet at ſpatio motus fixa aſtra moueri
Sub duplici mundi cardine, & axe negant,
Imò Planetarum proprios imitantia motus,
Zodiaci ex duplo cardine, & axe meant.
Horum autem motus, qui primi mobilis vrget
Motum, impoſſibilis non reputandus erit.
Aſtronomi quidam, dum primus motus ab ortu
Factus in occaſum mobile quodque rapit
Crediderant cùm illo potiùs complere nequire
Mobilia hæc gyrum rapta ſecunda ſimùl.
Sed vicina minus magis elongata manere,
Gyrum ac aduerſum ſic ſimulare retrò.
Dura tamen pro ſaluandis repedatio talis
Motibus in cœlo iurè putanda foret.
Nàm ſi deberet fieri ſub cardine mundi
Bino, haud mutarent ſydera oborta locum;

Atque

Atque Paralleli apparrerent circuli eidem
Descripti à quouis sydere quoque die.
Puncta at Horizontis varient cùm sydera mota
Suprà diuersos prorsùs ab orbe Polos;
Non multùm arridet spiralis motus eorum,
Dum sub mundanis vult residere Polis.
Ergo alius motus contrarius esse videtur
Zodiaci à bino cardine, & axe fluens;
Simpliciter primo, qui non contrarius esset,
Termino vt aduersus, non tamen axe, Polis.
Quomodò at vrgeres: Is motus mobili adhærens
Primo, hic eiusdem spernit vtrumque Polum?
Consistens vbi nàm fuerit Polus eius vterque;
Hos etiam primum mobile forsan habet?
An potiùs sphæra inferior rèeineret eosdem?
Quodcumque accipias, parte ab vtraque cadit.
Sed scrupulum nimium apponis; quodcumque teneres
Non contradicet motibus, imò probat.
Mobile seu primum, inferior seu sphæra teneret
Hos, possent motus sydera obire suos,
Hi Poli ab allatis mundi si longè recedant,
Infrà tot gradibus quot numerare scies.
Motibus ex dictis cœlorum suscipe tantùm
Binos ergò istos, mens tua nè titubet;
Mobilis vt primi motum, appellare diurnum
Quem decet, ac isti protinus oppositum.
Qualis fixarum, ac erronum motus inortum,
Qui fit ab occasu, dissimiliscque patet.
Qui spretis duplo mundano cardine, & axe,
Axem, & Zodiaci quarit vtrumque Polum
Atque æquatorem spernens ecliptica obliqua
Gyrum pro cursus fingit habere metro.

DE

DE CIRCVLIS SPHÆRÆ.

Mentis Zodiaci facta, æquatoris & alti,
Circuli vt in sphæra comemorentur, auet.
Extimus en sphæram in bina Hemisphæria Horizon
Diuidit, à visis inferiora secans.
Suprà se patitur scandentia sydera oriri
Infrà ea ad occasum præcipitare videt;
Mutatur quoties situs est mutandus in orbe,
A sensu duplex, ac ratione viget;
Astronomis ratione habitus placet ille relatus,
A sensu est quantùm lumina nostra vident.
Quandò Polos mundi patitur fit rectus, obliquus
Alteruter quandò surgit in alta Polus;
Mixta Parallelus sunt cùm æquidiale, & horizon
Zenith tunc nadir habit vterque Polus.
Sic Poli Horizontis cùm his æquidialis in vnum
Conueniunt, verùm noster obliquus erit.

MERIDIANVS.

INdè Meridianus dicti secat intima recto
Angulo Horizontis, sustinet imò Polos.
Per quos dum transit paritèr duo puncta meabit,
Quæ benè Horizontis sunt reputata Poli.
Nimirùm Zenith supra astans vertice, & imum
Nadir ad oppositum, Zenith ad Antipodes.
Dumque Polos, axemque globi quasi ecliptica Atlas
Sustinet immotus, gerat & ipse Globus;

Cir-

Circulo ab hoc Mundi bina Hemisphæria dicta
Ortu, & ab Occasu Solis habenda manent.
Ipse Meridianus fertur, quia Phœbus eundem
Tangit, quandò meri fulget in orbe dies.
Multiplicatur item, variatque potentibus Ortum,
Occasumque; Idem recta ad utrumque Polum.
Alta Meridiano aspectu summè astra vocantur,
Quæ medium cœli tunc tetigisse patet;
Altus itemque Polus dicetur, circuli ut arcus
Inter Horizontem talis, eumque Polum.
Complementum huius tantundem Zenith ad usque
Æquator quantùm permanet altus, erit.
Si quantùm Polus insurgat, de vertice tantùm
Decidat obliquans æquidiale Globum.
Plura Meridianus tum finitore requirens
Fors in terraqueo conferet illa Globo.

ÆQVINOCTIALIS.

MObilium æquator verùm prior undique distat
Æquo interuallo Mundi ab utroque Polo,
Quem iustè dirimit quoque in Hemisphæria bina
Ex Borea ac Austro, qua vocitare decet.
Nomen habet, quià bis ipsum dum scandit in anno,
Sol faciat somnos, vigiliasque pares.
Arietis initia, ac Libræ æquis noctia bina
Nempè supra attingens æquidiale creat.
Circulus hicque duo contingens puncta relata
Zodiaci apparet quaque meare die.
Mobilis ac primi motum mensurat, ab Ortu
Qui fit in Occasum, regrediturque simul;

Sexa-

Sexaginta gradus oſtentans, atque trecentos
Deſcriptos, quales circulus omnis habet;
Iſtis quindenis aſcendit qualibet hora,
Vt naturalis finiat vna dies;
Temporis æqua manens quarè menſura, fluente
Mundanos recolit mobilitate Polos.
Hora, graduſque vnus, ſed ſexaginta minuta
Continet, horum vnum totque ſecunda tenet;
Tertia in vno & erunt quoque tot diſtincta ſecunda
Ad decima vſque ſecans ſic numerare potes.
Sic gradus æquatoris erunt, cuiuslibet immò
Circuli, ita horarum nota minuta nitent;
Zodiaci ad Boream ſemicirculus altus, ad auſtrum
Alter contendens æquidiale colunt.
Æqua vtriuſque ab eo cùm declinatio ſurgat,
Declinare etiam ſydera quæque petunt.

BINI TROPICI, DVPLIQVE POLARES.

ECce Paralleli ſunt quattuor circuli ad iſtum,
Vt Tropicus duplex, binus & ille Poli.
Quos gyro exiguo Aſtronomi dixere minores
In cœlo ac zonas quinque notare volunt.
Æquatore ſimul; Tropicum prior intèr vtrunque
Torrida ab æquali dicta calore iacet.
Altera bina duos Tropicos vtrinque Polorum
Circuli & initium duplicis æqua premit,
Vtraque temperiem retinens; at ſecta per ambas,
Signorum obliquus qua meat ordo via
Virgilio celebrata, caue, hæc capienda ſub ambas,
Siuè inter melius, quòd via Solis erit.

Po-

Postremò duplex est frigida dicta locata
Sub duplici gelidi circuli vtrinque Poli.
Per binos Tropicos duo circuli in æthere facti
Credendi, formam queis dare Phœbus auet;
Maximè enim quandò ad Boream ille accesserit, vnum
Describit, reliquum scribere at indè solet,
Maximè item quandò cursu discessit ad austrum,
Vtroque aufugiens æquidiale modo.
Distantes ab eo Tropici isti æqualitèr adsunt,
Vt metæ ac cursus Solis vtrinque iacent:
Dicitur hinc Tropicus veluti, Conuersio vterque,
Sol quod eos scribens non petat vlteriùs;
Ast æquatorem repetit, quem liquerat antè,
Postquàm Solstitium fecit vtroque loco.
Stare ibi nam visus fuerat, nec luce vel vmbra
Crescere, seù minui tempora sciffa feres.
Ad Boream Tropicus Cancri, Capricorni at ad austrũ,
Æstatemque prior, frigus & alter habet
Solstitium ac dictum prior altum suscitat, imum
Alter iis, sedes si Borealis erit.
Vigintique gradus per tres semisque recedens
Cum Tropico æquator dicto ab vtroque micet;
Maxima tantundèm stat declinatio Solis,
Zodiaci ac tantùm linea obliqua manet.
Sic minimi bini post circuli vtrinque Polorum
Distant tantundem Mundi ab vtroque Polo,
Circà quem duplicem describi à cardine bino
Zodiaci hos statuit doctior Astronomus.
Arcticus ac vnus Boreas, Antarcticus alter
Oppositas austri stringit in Orbe plagas.
Maximus antiquis visorum etsi arcticus ille,
Atque occultorum maximus alter erat.

DVO COLVRI.

Circuli ei bini maiores posteà rectâ
Mutuo dissecti mundi in vtroque Polo
Æquas in partes reliquos partire quaternas
Visi signiferi puncta quaterna secant.
Arietis, ac Libræ demonstrat lucis, & vmbræ
Æquales horas dantia puncta prior.
Alter sed Cancri, & Capricorni puncta lacessens
Bini Solstitij celsaque, & ima tenet,
Ambo dicuntur mutili, græceque coluri,
Quòd sit in obliquo talis vterque globo.
Dum supra Horizontem scandit, sic quattuor anni
Hi tempestates indigitare valent.
Æqui colurus enim contingens noctia bina,
Veris, & Autumni tempora bina notat.
Æstatem, ac Hyemem sed Solstitialis adumbrat,
Zodiaci & bini cardinis vrget onus.
Zodiaci æquali quoniam distantia in ipso
Sint Poli, vbi australinus circulus, & boreus
Circuli at hucusque expositi magni, atque minores
Describi suprà sydera mente solent.
Lineæ vt exiles concepti, singuli eorum
Sic proprium officium significare volunt.

ZODIACVS DVPLEX.

Solus Zodiacus latus, visuque realis
Fertur, quem in Cœlo scribere fixa solent

At

At veluti æquator ſtat maior circulus ille
Ex mundi binis ſcriptus vtrinque Polis,
Æquè ab vtroque Polo diſtans, menſura diurni
Motus, quem vt dixi, Libra arieſque colunt,
Quæ ſigna ingreditur Sol dùm contingit eundem,
Æqualeſque dies noctibus indè facit.
Contrà ità Zodiacus de ſex maioribus vnus
Eſt minimè ex mundi ſcriptus vtrinque Polis.
Scriptus at ex propriis metro diſtantibus æquo
Mundanis ab iis æquidiale ſecat.
Sectio obliqua tamen facit, vt declinet ad arctos
Medietas, auſtrum ſed reliqua inſpiciat.
Vtraque medietas mediis tot vergit vtrinque
In punctis linquens æquidiale ſuis,
Quot gradibus fulget diſtantia iuſta Polorum
Zodiaci à mundi credita vtrinque Polis;
Vigintique tribus gradibus, ſemiſque notata
Omninò eſt ſpernens Orbis vtrumque Polum.
Antica medietas Borealia ſigna tenebit,
Auſtrina auſtralis ſex ab vtroque loco.
Nempè Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo
Ad Boreum linquunt æquidiale Polum.
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces
Vergere ad auſtrinum ſunt reputata Polum.
Arietis Initium, ac Libræ æquidiale laceſſens,
Quomodo declinent ſigna relata docet.
Signa vocaui ea Zodiaci, duodena quod æquas
Signiferi in partes hæc reſecata micant;
Nempè gradus in tercentum, vt circulo in omni,
Sexaginta potes ſcindere Zodiacum.
Quodlibet ex quibus hìc ſignum triginta reportans
Complet eos omnes circulo in omni habitos.

Zodiacique gradus numeratos faſcia monſtrat
Inſphæra ſedem ſigna vbi ſcripta tenent;
Quæ in medio ſunt ſcripta ſitu, quoque imago notata
Siſtit vbi effulgens, tum duodena iacens.
Signaque ſigniferum monſtrant, at imago relata
Viſibilem geſtit pandere Zodiacum.
Hinc caue ne te confundas in circulo eodem,
Duplex Zodiacus nam datur Aſtronomis.
Hucuſque expoſitus ſub primo Mobili habendus
Mente inſcriptus habens ſigna relata ſuprà.
Firmamenti alter, duodena in imagine fulget
Viſibilis latus mente, nec exoritur.
Tali Zodiaco bis ſex nec habere figuras
Æquali ſciſſas ſeparatione licet.
Imò olim vndenas habuit, quæ ſingulæ in æquis
Splendere non poterant partibus, aut gradibus
Poſt eà iactauit duodenas, Scorpij vt ingens
Diuiſa in chelis fecit imago Libram.
Harum dux Aries tunc æquidiale ſecabat
Cornu, aliquantis per formaque iuſta ſtetit.
Tempore, quo Meto Athenarum illuſtrauerat Vrbem
Bis mille antè annos circiter iſtud erat,
Ob motum fixarum autem, quem poſteà dicam.
Paulatim vltrà Aries cæpit abire parùm;
Nimirùm linquens punctum æquidiale ſecundùm
Signorum ſeriem dogmata falſa dabat.
Propterea Aſtronomos doctos ductore coegit
Hypparco talem linquere Zodiacum.
Zodiacuſque alter dictus ſurrexit habendus
Proſtabili haud viſu, mente ſed æthereus,
Æquas in partes duodenas quique diremptus
Vel ſigna, & dictus ſignifer inde fuit.

Vnum-

Vnumquodque gradus horum triginta reportans
Complet eos omnes circulo in omni habitos.
Tùm nomen proprium vicina ab imagine sumpsit;
Dux & in his Aries æquidiale secat.
Semper ibi cùm Libra habet æquidialia puncta,
Cùm Capro vt Cancer Solstitiale suum.
Hic ità Zodiacus signa hæc constantia iactans
Immotus primi Mobilis esse cupit;
Sicque vocatur item, tamen ipsum à Cardine bino
Nè scriptum primi Mobilis esse putes;
Namque Polos istos spernens est circulus ingens
Descriptus proprijs, signiferique Polis,
Qui distant à mundanis vt circulus Austri,
Arcticus ac distant, nec memorabo gradus.
Solstitionem istos suprà numerare Colurum
Debes, quos dictos antè videre potes.
Verùm is Zodiacus secat æquidiale vicissim
Sectus, vbi vt tetigi Libra, Ariesque iacent
Ex vna in Boream tendens, ex altera in austrum
Parte obliquus, sex signa ab vtraque tenens.
Hinc vnus Boreus semicirculus, alter ad austrum
Surgit, eoque modo signa vocata manent.
Expansus gradibus duodenis creditus olim,
Nunc ferè viginti latus habendus erit;
Si Firmamenti tamen huic iungatur is alter
Zodiacus latus, visibilisque micans;
Sunt veluti iuncti, solumque in imagine possit
Stellata, ac mota fallere visibilis.
Linea per medium celebrata ecclíptica currit,
Sub qua habet ecclipsim Cinthia, Solque suam.
Concipitur quoniam descripta ab itinere Solis,
Sol nunquam in latum dicitur ire means.

Aſt ab ea reliquos latos monſtrare Planetas
Aſtris cùm fixis nouerat Aſtrophylus;
Latumque Errones variare, ac ſydera nunquàm
Fixa, licèt varient puncta priora ſitus;
Namque Aries firmamenti ferè totus abiuit
In Taurum, aſt eadem linea lata manet.
Zodiaci noſtri verò hæc Eccliptica cernens
Conſimili ſemper ſigna manere modo;
Sex dicta à Borea mediat, ſex cætera ab auſtro;
Præcipua iſtorum mobilitate vigent
Quattuor à motu haud ſic appellata, ſed anni
Quod mutent quattuor tempora nota viris.
Hæc bini poterunt monſtrare quaterna Coluri,
Ac Aries, Cancer, Libra, Caperque nitent.
Fixa ſecunda tot exiſtunt, communia dicta,
Tertia tot reſtant, tempora mixta notant.
In Cancro, ac Capro ſummè eſt ecliptica obliqua
Linquens per dictos æquidiale gradus.
Ignea ſunt Aries, Leo feruens, quique Sagittas
Proïcit, at Taurus terrea, Virgo, Caper.
Aereum Gemini, Libra, & Amphora, Cancer aquoſum,
Scorpius & iactant Piſcis vterque Genus.
Cernè apud Aſtrologos, quæ ſint Antiſcia eodem
Diſtare à Tropicis connumerata gradu;
Tùm Borea imperioſa, auſtrina obedire coacta
Contrà æquo vt diſtent æquidiale gradu;
Quæ fera, prolifica, aut quæ maſcula, pulchra, diurna
Bruta, humana, alio quæque vocata modo.
Cur Aries capiti, Taurus ceruicibus adſtet
Brachia ſed Gemini, pectora Cancer amet,
Curque Leo ſcapulas, Virgo aluum, ac ilia, clunes
Libra regat, præſit Scorpius inguinibus

Cur

Cur femora arcitenens, genua & Capricornus amicet;
Amphora crura habeat, Piscis vterque pedes.
Lunaque cur Cancrum solùm, Phœbusque Leonem,
Sed reliqui binas incoluere Domos.
Saturno & debetur Capricornus, Aquarius, arcum
Tendensque, ac duplex Piscis amica Ioui.
Marti sint Aries sacri, tum Scorpio, Taurum,
Chelasque aut Libram cur velit alma Venus;
Mercurius Geminos tandèm cùm Virgine iactet;
Detrimenta istis, oppositasque domos.
Soli Aries, Taurus Lunæ exaltatio, Libra
Cur sit Saturno, Virgoque Mercurio.
Curque Iouem Cancer, Martem Capricornus adorent,
Ac Venerem Pisces, oppositisque cadant.
Cuinàm triplicitas debetur, termini amici
Cui fuerint, facies quæque cuique sacra;
Vnica nobilitas facici, dupla locetur
Termino, & in quadrupla triplicitate triplex.
Hanc quadruplam petat exaltatio, quintupla restet
Cur domui, hisque velit quisque Planeta frui.

DVPLVS FIXARVM MOTVS.

SI tamen Astronomos recolas, meliora colenda
Sunt tibi Zodiacus quæ referare valet
Ille licèt quoniam primi supponitur esse
Mobilis, est spernens Orbis vtrumque Polum,
Quando secundorum dicætur norma perennis
Mobilium propriis, proprio & axe, Polis.
Quos suprà ab Occasu nimirùm tendere in Ortum
Mobilia hæc potiùs dicta secunda patet.

Seù ſub Zodiaco tum ſydera fixa, Planetæ
Tùm ſeptem motus inſtituere ſuos.
Quos ſpectas ex Occaſu ſi tendere in Ortum
His primi aduerſum mobilis ire vides.
Firmamenti vtique haud clarè conſtaret in ortum
Motus, in aduerſas ſeù remeare plagas;
Fixarum ob motum lentum, quem cernere vt illum
Erronum aduerſum non facilè liceat.
Sydera fixa tamen dùm ſanè ecliptica ab ipſa
Latum nunquam habeant perdere in Orbe locum
Ex ipſo æquidiali at declinatio eorum
Obſeruata ſuum ſit variare ſitum.
Contrà motum ideò commota ea fixa diurnum
Suprà mundanos non reputanda Polos.
Mota benè autem Zodiaci ſub cardine vtroque;
Quo motu haud ſpectant æquidiale ſuo.
Inſtar & erronum ex Occaſu tendere in Ortum
Paulatim lentò ſint reputanda gradu.
Contendunt aliqui Docti, vt ſub cardine vtroque
Mundano potiùs mota ea fixa putes,
Ac licèt in latum nunquam variare notentur,
Sed declinando conuariare petant.
Reſpondent, quòd ſuppoſitus ſpiralis eorum
Motus ſaluabit bina relata ſimùl.
Reſponſum at titubat, velut namque aſtra Planetæ
Non clarè ſpiras pandere fixa ſolent.
Conantur quidam affirmare ecliptica ab ipſa,
Quod velat haud latum fixa ſitum varient,
Sic ex æquatore, & declinatio eorum,
Quod nunquam in longum conuariare petat.
Aſſumuntque duas ſtellas, quarum vna Canopus
In temone nauis, tum Cynoſura alia.

Ha-

Harùm prima Rhodi si surgens stringerat olim
Vrbis Horizontem, nunc quoque radit eum.
Vt Mercatores referunt, fuit hinc sub eodem
Illa Parallelo, semper itemque iacet.
Nec sub Zodiaci indè Polis ecclipticæ obliquæ;
Necque Parallelo circulo abire solet.
Nempè Parallelum, qui obliquè intersecat illum,
Æquatoris habens flectere ab assimili.
Ampliùs haud ideò posset sic mota Canopus
Tangere Horizontem, radere siuè Rhodi.
Altera prætereà Cinosura, aut stella Polaris
Mundano Boreo visa propinqua Polo,
A Polo abest dum Zodiaci nunc longè per vsque
Viginti quattuor conumerata gradus;
Circà Zodiaci ipsa Polos si mota putetur.
A Mundi nimiùm posset abesse Polo.
Namque quadraginta septem distantia quiret
vsque in ea graduum crescere, post minui;
Hinc Romano in Horizonte occasura polaris
Stella foret, falsum quod tamen esse vides.
Quandò Poli respectu ea non mutasse videtur
Sedem per tot ibi secula lapsa suam.
Quarè ex Occasu nec mota meauit in Ortum
Suprà Zodiaci stella relata Polos.
Sic datus omninò fixis fictitius iste
Motus erit, quamuis Astronomis placeat.
Verùm pace horum, argumentum nutat vtrumque;
Deque Canopo illud sic cadit oppositum.
Circà Solstitiorum etenim dum hæc stella Colurum
Errabunda olim sisteret antè nitens.
Nunc autem paulò post dictum est visa colurum,
Declinando ideò est visa parùm varians.

Nam-

Namque Parallelus de Occaſu eccliptiæ in Ortum
Quem dicta excurrens ſcribere ſtella ſolet;
Concurrit quaſi cum reliquo æquidialis, eoſdem
In loco, vbi tangit ſyderis ille lares.
Ergò nil mirum ſi declinatio ſtellæ
Mutata ad ſenſum non videatur ibi.
Plinij ab antiquis quamuis ad tempora noſtra
Sit per quindenos mota ſub Orbe gradus.
Solſtitiorum ea adhùc nàm ſtat vicina Coluro,
Quarè & Horizontem radere viſa Rhodi.
Quandò Coluro ab eo verùm elongabitur, aſtrum
Declinans nimirum ſæcla futura colent.
Sic reliquum oppoſitum Cynoſuram fortiter vrgens
Argumentum etiam præcipitare poteſt;
Stella Polaris enim Ptholomei tempore ad iſta
Sæcla Polum verſus ſemper adire ſolet.
Seù ſemper magis ex Occaſu accedet in Ortum
Ad Polum, ab hoc diſtans vix tribus hæc gradibus.
Cùm tamen Hypparchi duodenis tempore ſtella
Diſtaret gradibus cardine ab expoſito.
Stellæ huius motum talis mutatio firmat,
A Polo & excurrens ſtella Polaris erit.
His argumentis ità preſſis, motus in Ortum
Ex Oceaſu alter conſolidatus erit.
Mobilia hunc toties repetitum dicta ſecunda
Fixa, ac errones nempè docere petunt.
Atque prior veluti, primum quò Mobile ab Ortu
Tendit in Occaſum, cunctaque preſſa rapit
Corporum ab vmbra eſt præcipuè deprehenſus, eædem
Vmbræ quæ minui Sole Oriente ſolent;
Vndè Meridianus minimas Sol efficit vmbras
Augeri has verò Sole cadente patet.

Immò

Immò etiam ex ſtellis ſenſim tendentibus altè,
Quas infrà Occaſum præcipitare vides;
Sic quoque Cœlorum ex Occaſu motus in Ortum
Ex ſtellis ipſis colligitur fieri.
Semper enim Errones ſeù mutuò, ſiuè relati
Ad fixas ortum verſus abire petunt.
Aſtraque in octauo Cœlo quoque tendere in Ortum
Poſteà paulatim nouerat Aſtrophylus.
Antiqui motum ſolùm nouere priorem
In Firmamento, multaque falſa dabant.
Nondùm obſeruatus fixarum motus in Ortum
Proprius errores tot cumulare dedit.
Timocharis primò dubioſus, poſteà certus
De tali Hypparchus mobilitate fuit.
Arietis in cornu dum ſtellam, corque Leonis
Cerneret à primo ſe remouere ſitu.
Organa componens, quibus obſeruatio fiat,
Hæredes Cœli liquerat Aſtronomos.
Laudatus nunquam ſatis, imò excultus ab aſtris,
Quandò huic illuxit fixa per aſtra nouum.
Motum hunc confirmans fixas Ptholomeus in annis
Centum vnum ſtatuit currere in Orbe gradum.
Sexaginta in ſex putat Albategnius annis
Vnum fixa gradum ſoluere doctus Arabs.
Poſtremò nouus Hypparchus quo tempore vixit,
Viſa fuit pariter cui noua ſtella Ticho,
Organa compoſuit, melius quibus aſtra valerent
Mota obſeruari, tradidit indè vices.
Septuaginta annis cum ſeptem menſibus vnum
Atque die ſtatuens fixa meare gradum.
Annuus vnde ipſi ſint quinquaginta ſecunda
Atque vnum motus, quem Globus iſte probat

Magni

Magni hinc totalis celebratus gentibus Orbis
Circuitus, quo eadem cuncta redire putant.
Viginti in quinque absoluetur millibus annis,
Ac quadringentis circitèr, & tredecim,
Circuitum talem non sustinet assecla Christi,
Venturus Iudex namque pauendus erit.
Intonat ac nobis; momenta aut tempora nosse
Haudquaquam est vestrum, quæ pater ipse tenet.
Stelliferi quicumque Globi miraberis astra
Tantùm horum motum concipe mente duplum
Primo alieno ipsis motu quæ mota diurno,
Ac proprio opposito comemorata manent.
Motibus his binis melius sic dogmata pendes,
Quàm si spiralis ereditus vnus erit.
Spiralem aut saltem versatis linque Magistris,
Quorum ex abstrusis mens titubare negat.

TERTIA PARS
ASTRONOMIAE.

Post Circlos dictos sphæra tangendus & ordo
Sphærarum supereſt cœlica tecta ſecans.
Hunc ad pandendum ſyſtemata quinque fuere
Hucuſque à variis propoſita Aſtronomis.
Omnibus Antiquum magis eſt, Chaldæa quod aſtris
Spectandis poſuit turba perita vacans.
Pithagoras, Archimedes cum Tullio id ipſum
Plinius, excellens tum Ptholomeus amant.
Ac Arabum plures, Alphonſinique, Magiſter
Regiomontani, diſcipuluſque colunt
In centro ſyſtema tenet quod terraqueum Orbem
Cætera quem circum bina elementa meent.
Lunæ, Mercurij, Veneris, Phœbique ſequuntur
Orbes, tum Martis, beneficique Iouis,
Demùm Saturni; Firmamentumque relucens
Fixis, antiquis talis & ordo fuit.
Quamuis fixarum ob motum, propriumque notatum
Iuncta ſit ut primum Mobile ſphæra alia;
Quam recipit trutinans motum Ptholomeus eundem,
Quo ſyſtema viro nobile nomen habet.
Poſteà conſequitur miri ſyſtema Platonis,
Callippi, Eudoxi, & forſan Ariſtotelis;
Quod ſolem variat ponens Titana propinquum
Lunæ ſub Veneris protinùs Orbe ſitum.
Mercurium & ſuprà Venerem, quem deinde Planetæ
Tres ſuperi exſuperent ordine quiſque ſuo.

Ter-

Tertiò Niliaci Aſtronomi variare parumpèr
Viſi aliud pulchrum ſuppoſuere ſuum.
In centro terram, quam Cinthia, Phœbus oberrent
Mars Ioue cum rutilo, Falcifer atque Senex.
Circà Solem autem ſtricto ſtatuere meantem
Mercurium gyro, poſt rutilam Venerem.
Sic quià girantes poſiti modò ſuprà Apogæi
Solem, nunc infrà ſint Perigæi habiti.
Macrobius cùm Vitruuio, tùm Beda, Capella
Syſtema id potiùs ſuſtinuere vetus
Argolus hocque colit, ſolùm ſuper addere, centrum
Quod circà proprium terra mouetur, habet.
Quartum canonici ſyſtema Copernici ab omni
Diuerſum inuertens Cœlica tecta micat.
Immotum in centro hoc Mundi Titana locandum,
Circa ſe tantùm, qui moueatur, ait.
Mercurius circà Solem girare propinquus,
Proximè & inde means creditur alma venus.
Poſt elementari cum ſphæra in circulo, & orbe.
Annuo ità dicto terra Planeta meat,
Annua ab Occaſu hæc terræ reuolutio in Ortum
Zodiaci obliquo nempè ſub Orbe fluit.
Annuus hinc Solis girus ſacratur eidem
Terræ ſuppoſitæ mobili, itemque locus.
Circà terram autem eſt reuolutio menſtrua Lunæ,
Ponitur in circlo quæ reuoluta ſuo.
Mundi iterùm circà Solem ceù immobile centrum
Errones girant tres ſuperi reliqui,
Mars Ioue cum rutilo, & Saturno; fixa ſed aſtra
Centrum illud nulla mobilitate colunt;
Nimirum Firmamentum eſt immobile ſictum,
Immotum Solem quòd quoque reſpiciat.

Cen-

Centrum ſit veluti cùm peripheria in eodem
Ordine, nec Cœlos multiplicare iuuet.
Nàm præter motum hūc tellus, quo eccliptícam in annò
Scribit, tum Solis iactat habere viam,
Iactat habere alium, qui dicitur eſſe diurnus,
Ipſo deſcribens æquidiale ſuum.
Mobilis vt primi vertigo diurna recedat
Suppoſita à noſtris mentibus ex ſuperis.
Sic bini motus decimæ, nonæque tributi
Sphæra hac cum dupla dantur in exilium.
Immò & ſuppoſitus fixarum motus in Ortum
Paulatim factus fortè negandus erit.
Quandoquidem motus tres iſtos tertio eidem
Sacrato vario fingere terra petit.
Axis nempè Paralleliſmus is dictus ad axem
Mundi, vt ſit ſpectans Orbis vtrumque Polum.
Vndè licet terræ ſit centro eccliptica ficta
Gyro anni, illa huius non premit axe Polos,
Immò Parallelus telluris ſemper habendus
Axi mundano Mobilis axis erit.
Qui non reſpiciat binos eccliptícæ, at illos
Quos ſpectat girans æquidiale Polos.
Axis ſic terræ deflexio talis obibit
Motus trini illam ſuppoſitam ſpeciem.
Tertius iſte triplex terræ axis motus oberrans,
His tantùm paucis inſinuatus ouat;
Namque illum, ac reliquos, ſyſtemaque pandere tale
Sextæ ſtat partis pondus, itemque labor.
Hoc ſyſtema modò Nicolae Copernice iactas
Iàm ſub Ariſtarco, Philolaoque ſatum;
Quod ſub Cuſano Nicolao quandò reuixit,
Cui Romana dedit Purpura ſacra decus;

Vix

Vix ſectatores inuenerat, immò remanſit
Poſt imperfectum ceù titubare ſolens.
Canonici donec Nicolai robore docto
Fulcitum hypotheſi cum ratione fuit.
Hinc ſectatores doctrina, & copia id ipſum
Conſpicua, ac celebri nobilitate canit.
Hoc autem ingeniis quoniam arridere ſuperbis
Sit viſum, ac nimium multiplicare decus;
Cùm tamen aduerſum videatur ſenſibus almis,
Quos Sacræ Bibliæ littera ſancta docet.
Sub Galilæo ideò Romana Eccleſia cunctis
Syſtema id vetuit iure tenere viris.
Ipſumque inferiùs bene diſcutiemuſque, idemque
Non ſacrè, at phyſicè, & more Mathematico.
In centro Mundi quintum ſyſtema Tichonis
Dictum cùm terra nota elementa locat.
Circà quam motu ſit Cinthia menſtruo oberrans,
Annuo & expoſito Sol ſua ſigna meet.
Sphæraque fixarum ſit motu mota diurno,
Lento tùm proprio ſigna ſecunda petat.
Circà ſed Solem vt centrum ſint quinque Planetæ
Moti, vt Mercurius cum Venere, & reliquis.
Mercurium verò, ac Venerem modò ſiſtere ſuprà
Solem, nunc infrà ſuppoſuiſſe decet:
Altior imò ipſo dum Mars ſit Sole per omnes,
Solem infrà tendens eſt aliquandò habitus.
Creditus aut proprior terræ, quam Phœbus, eidem
Vt cùm Titani cernitur oppoſitus.
Tunc Perigæus enim maior ſtat longè, nitenſque
Acronicus, quàm Mars quandò Apogæus erit.
Longomontanus colit hoc ſyſtema Tichonis,
Motum terræ audens addere quotidiè;

Abſque

Abſque hoc telluris motu Blancarius id ipſum
Cùm varijs propriæ ſocietatis amat.
Riccioli Solem Saturni haud eſſe, Iouiſque
Centrum girantum dùm trutinare placet.
Corrigit ex proprio ſyſtema hoc Marte Tichonis;
Atque ſuum faciens ſemi Tichonis habet.
Ex ſyſtematibus dictis ſyſtema Tichonis
Tutius eſt cum illo, quo Ptholomeus ouat.
Niliacum arridet paritèr, Martiane Capella,
Quod colis, ac ſapiens Argole quod recipis.
Ni vetitum foret, & ſyſtema Copernici habendum
In pretio, Aſtronomos dogmata clara decens.
In Ptholomæi illo Veneris Phænomena ſolùm,
Necnon Mercurÿ contrepidare patet;
Quandò infrà Solem poſitos, modòſiſtere ſuprà,
Nunc infrà gyro conſpicit aſtra videns.

DE COELORVM FLVIDITATE, AC DVRITIE.

QVodcumque accipias Cœlorum poſteà debes,
An ſolidi, an fluidi ſint, trutinare lares.
Circà iſtud triplex conſurgit opinio, Cœlum
Prima tenet totum ſydereum ſolidum,
Inſtar chriſtalli durum, quaſi ſydera fixa
In tabula vt nodos ſit reputare decens.
Credit Ariſtoteles iſtam, pluresque ſequaces
Inclyti Anaximandri, chriſtiadeſque aliqui,
Scripturæ ſacræ infixi, ſolidiſſimi vt æris
Cœlum vbi diffuſum concelebratur opus.
Quodque liqueſcet idem vt fumus, cœloſq; triumphat
Quod Chriſtus ſcandens hos penetrarit ouans.

Nam penetrare illos, cœlumque liquescere, durare
Cœli materiem significare volunt.
Stellatum in Genesi quoque cœlum à numine dictum
Firmamentum vrges nomine duritiem.
Maximè ab officio durum, sustentat aquarum
Congeriem quoniam cœlica tecta suprà.
Altera succedit contraria opinio, totos
Cœlestes fluidos quæ probat esse lares.
Hos quoniam astra meent, volucres velut aera findunt,
Multiplici ac fluidos suppositione tenet.
Nempè nouis ex syderibus, quæ haud posteà visa
Ampliùs Astronomo quoque notante patet.
Ex minima indè Parallaxi fulsisse Cometas
Vsque suprà Lunam, Mercuriumque notant.
Hinc cœlo in duro noua sydera, itemque Cometes
Suprà, infrà an possent ire, redire simul?
Sique Venus cùm Mercurio Titana meare
Circum nunc infrà, nunc super vsque solet.
Mars immò Acronicus fuit obseruatus & infrà
Solem, si tradat dogmata vera Ticho.
Sique Iouis comites quatuor, Saturni & in Orbe
Tres vario gyro scandere, & ire vides.
Quomodo duritiem cœli Phænomena saluant
Tanta, ipsum fluidum quæ magis esse docent.
Cœlum alitèr solidum si esset, tot & insuper Orbes,
Atque Epicyclorum pondera dura tenet,
Stellarum lumen sublime refrigeret, Irim
Imo reflectendo continuam faceret;
Nec locæ stellarum possemus vera notare,
Quomodò nec distent, quæque figura micet;
Quid plura in Sacra Biblia motusque, quiesque
Non cœlo, at stellis contribuenda iacent;

Sic

Sic Ioſue Imperio non æther Solis, at ipſe
Sol iuſſus manſit firmus in Orbe ſuo.
Tertia poſtremò ſententia ſuſtinet, æther
Quod quit tàm ſolidum ſplendere, quàm fluidum;
Nempè Planetarum fluidum putat æthera, durum
At Firmamentum comprobat, aut ſolidum,
Ricciolus talem amplectitur, quia fortè ſecundæ
Difficiles nodos explicat hoc medio.
Atque mihi arridet; ſolidum nam ponere cœlum
Firmamenti, eſſet nomen habere ſuum.
Contrà duritiem ſacra in regione Planetis
Ponere ſuprà infrà ſydera mota negant.

DE THEORICA DVRISTARVM CIRCA COELOS.

HInc Duriſtarum ſententia prima refertur,
Qui cœlos plures multiplicare volunt.
Vndecimum Cœlum ſeu primum Mobile fulgens
Iam dictum motum quotidiè inſtituit;
Orbes quo motu inferni rapiuntur ab Ortu
Prorsùs in Occaſum, raptus & eſſe ſolet.
Mobilis hoc motu primi Sol, aſtra diurno
Quotidiè Mundi versùs vtrumque Polum;
Spiras, ſiue Parallelos deſcribere circlos,
Viſa æquatori ſunt magis, atque minùs.
Quò magis, aut minùs hæc à cardine nempè recedunt
Maiore & ſpirâ, ſiuè minore meant.
Inque ſuperficie primi alta mobilis huius
Circli ſphæræ habiti concipiendi inerunt;
Intèr quos ſtat præſertim æquidiale diurnum
Motum menſurans ſub propriis gradibus.

Primi ſuppoſita aſt eccliptica mobilis huius
Duriſtis potiùs dicitur vt media.
Nàm declinatio dum eccliptice inæqua notata
Supponant, quod ab hoc æquidiali abeat;
Viginti haud per tres partes, ſemiſque recedens
Præcisè, at nunc ſic, nunc magis, atque minùs.
Hanc ideò mediam per quadraginta minuta
Declinare putant cùm gradibus poſitis,
Tanto interuallo æquidiale ac linquere vtrinque
Diſtantes Tropicos ſuppoſuere duos.
Vndè Poli medij huic ſtabunt eccliptice obliquæ
Tùm declinatio dicta ſimùl media.
Quæ nec magna nimis, nec parua putanda, manebit
Sub media forma, fixa quoque, & ſtabilis.
Interſectiones monſtrant eccliptice, & æqui
Noctiorum eiuſdem puncta ea vera duo.
Æquatorque ſimul motus menſura diurni
Æquator verus concelebrandus erit.
Poſt decimum cælum ſub primo Mobili onuſtum
Æquatore, Polis, linea obliqua habeas.
Qui præter motum raptus motum obtinet illum
Librantem proprium versùs vtrumque Polum
Scilicet à Borea ſurgit libratio in auſtrum,
Exque Auſtro in Boream mutua, quam tetigi.
Per quater octo minuta ſuprà fit dicta Colurum
Solſtitiorum eius mobilis expoſiti.
Huius ità vt Decimi dum cardo eccliptice vterque
Primi ſigniferi Mobilis antè Polos.
Vltrò tùm citrà remeans duodena minuta
Perſola haud plenum circuitum faciat.
Huius ab æquatore ità cæli eccliptica primi
Mobilis inflectit tùm magis, atque minùs,

Atque

Atque ab ea primi ſpatiis æqualibus audet
In Boream, ac Auſtrum flectere contrepidans.
Fixa illa tamen immota, mediaque manente
Duplicis in medio limitis alterius.
Vndè Polorum eius diſtantia maxima ab illis
Mundi ipſis primæ per duodena præit.
Seù gradibus dictis per quinquaginta minuta
Atque duo, vt minima eſt per duodena cadens.
Dum gradibus dictis, ac viginti octo minutis
Diſtet ab his Mundi lineæ vterque Polus;
Sic ità declinans ſtat cœli eccliptica talis,
Sic Sol declinans æquidiale fugit.
Hæc decimi cœli verax eccliptica habetur
Infernas ad quam ducere nempè vales.
Sectio & eiuſdem verum æquidiale ſupremi
Mobilis excurrens, punctaque bina notans.
A media cùm illis fictis eccliptica in vnum
Concurrit primi Mobilis, atque coit.
Incipit at decimæ ſphæræ libratio, motus
Seù trepidans Auſtri termino ab imbrifero,
Subque Coluro eius eccliptica inæquè adeuntem
Extremum Boreum conſpicis indè Polum;
Poſteà ad extremum remeantem motus & Auſtri;
Tunc completa manet integra periodus.
Tota quatercentum triginta ac ampliùs annos
Ter mille vlteriùs, quæ reſoluta petit.
Extremum quoque quæ circum tardiſſima vtrumque,
Sed circà medium celeritate tumet.
Talis Anomaliæ nimirùm eccliptica obliquæ
Gyri Periodus dicitur in tabulis.
Nonum ſub decimo cœlum, ceù circuli ijdem,
Atque Poli, motum præter vtrumque iacent.

Librantem quendam proprium vult pandere motum.
Circà Ortum, Occaſum dum trepidare petit.
Sub decimæ ſphæræ trepidans ecclíptica, & eius
In longum potiùs cardine vtroque ſuper.
Per centum remeans, ac quadraginta minuta
Seù per viginti hæc cùm gradibus Geminis;
Arietis, ac Libræ noni ætheris inclyta puncta
Talibus à decimi nam trepidant poſitis.
Vltro, tum citrà per ſeptuaginta minuta
Dum remeant, paulò plùs quoque iuxtà alios.
Vndecimæ, aut decimæ ſectione eccliptícæ ab ipſa
Libratio motum hunc incipit iſta ſuum,
Curſu & inæquali Occaſum contendit ad vſque
Septuaginta ſuprà dicta minuta priùs.
Ac dum regreditur pariter ſectionem ad eandem
Ortum verſus abit comparibus ſcrupulis.
Quandò & ad expoſitam ſectionem vergit, in ipſa
Fit celer, extremum tarda ad vtrumque manet.
In mille hæc ſeptingentis tunc ſoluitur annis,
Ac quaſi ſexdenis integra periodus.
Prægreſſa vndè minor dupla hæc libratio fulget,
Prægreſſa eſt ſimplex, hæc dupla Anomalia.
Præceſſionis Anomaliæ hæc tum dicitur æqui
Noctiorum à variis periodus Aſtronomis.
Octauum cœlum triplicem ſed præter eundem
Motum, à ſupremis quo tribus abſtrahitur;
Sub noni oſtentat, decimi ſeù ecclíptica in Ortum
Motum ex Occaſu, qui magè tardus erit.
Octaui, noni, decimi nam eccliptica habenda
Suppoſita eſt eadem, ſicut vterque Polus.
Motus inæqualis tùm octaui eſt talis habendus,
Si hunc Aries primi mobilis obtineat;

Aſt

Aſt Aries noui motum ſi obſeruet eundem,
Iſte æqualis erit, fixaque mota notat.
Nona etenim punctum quia mobile mobilis vltrà
Arietis, ac citrà à puncto agitare ſolet.
Scilicet in longum ex Occaſu tendit in Ortum;
Firmamenti, ideò ſydera mota colit.
Arietis æquali dùm motu ſtella recedit
Ortum verſus, item ſigna ſecunda petat.
Ac anni ſpatio per quinquaginta ſecunda
Atque vnum pergit, tradit vt iſta Tycho.
Vndè annus magnus, dictuſque Platonicus olim
Viginti annorum millia quinque foret.
Cum ſeptingentis, ac nonaginta nouemque,
Quamuis iuxtà alios maximus exſuperet;
Hic æqualis inæqualis ſit motus ob illum
In longum nonæ reciprocum trepidum.
Sphæra magis celer hæc octaua mouetur in Ortum.
Quandò Aries nonæ ſic quoque progreditur.
Namque duo motus concurrunt; tardius autem,
Occaſum nonæ quandò Aries repetit,
Tunc enim in Occaſum à nona rapietur ab Ortu
Octaua, hinc motum diminuit proprium.
Octauæ hic motus proprius præceſſio at æqui
Noctiorum Aſtronomo à Canonico legitur;
Conſtituit cœlum octauum, qui immobile fixis;
Æqui ſed id punctum Noctij abire parum.
Arietis à prima quod nempè recedere ſtella
Contrà ſignorum propoſuit ſeriem.
Motibus ex iſtis dictis benè reddere tentant
Curſum de variis Aſtronomi Phaſibus.
Cur ſtellæ fixæ nunc tardæ, nunc eque veloces
Apparent motus inſtituiſſe ſuos;

Cur annus Tropicus non ſemper ſurrigat æquus,
Cur ad idem haud ſemper Phœbe redire ſoles.
Nona ob inæqualem motum Sol ſcilicet æqui
Ad noctium tardè, nunc citiùs graditur.
Cur demum variis ſit declinatio Solis
Obſeruata aliis temporibus varians.
Octaua ſphæra quia nempè eccliptica, ſub qua
Perpetuo motum Phœbus obit proprium
Mobilis ad Boream primi ex eccliptica, & auſtrum
Nutet, & ob cœlum contrepidet decimum.
Indè Planetarum ſupereſſent ordine cœli
Quo pacto hi motus inſtituere ſuos
Erronum verò gyros quoad tempus & horum
Theoricam in quinta parte referre placet.
Hic Duriſtarum ſolùm obſeruatio digna
Quoad cœlos duros diſcutienda manet.
Nempè Planetarum motus quod periodi haud ſint
De cœlis totis concipiendi ibidem.
Sed benè de quouis Eccentrico, ſiue Planetam
Qui defert proprium ſigna ſecunda petens;
Innuit ac proprium motum ſuo in Orbe Planetæ,
Quem proprio decuit comemorare loco.
Cùmque Apogæi ipſi, ſiue à Tellure remoti,
Vicini ac Terræ ſint Perigæi habiti.
Sint viſi ac celeres aliquandò moueri, aliquandò
Tardè omnes ſeptem currere in orbe ſuo.
Tùm præter Solem, ac Lunam, illi quinque Planetæ
Directi, ſtantes, retrogradique ineent
Ad ſaluanda horum Phænomena tanta ſecarunt
Totalem in cœlos tres quatuorque ſimùl.
In plures cœlos partiales nempè Planetæ
Totalem Aſtrophyli ſcindere non dubitant.

Sim-

Simpliciter quorum nonnulli Eccentrici habentur
Conuexa, atque caua quaque ſuperficie,
Diuerſum ob centrum à mundano; Eccentrici ut illi
Nempè ſecundum quid ſimplicitate carent.
Vna ità quandò ſuperficie dicantur ouantes
Partiales Cœli, ſiuè Epicycli alij.
Præcipuè queis infixi ſunt quinque Planetæ
Directi, ſtantes, Retrogradique ſimùl.
Retrogradi inferne, directi in parte ſuperna
Stantes in media parte Epicycli habiti;
Totales Erronum alioquin currere cœlos
Firmamenti inſtar ſuppoſuere parum.
Prætereà haud cœlum inferius cuiuſque Planetæ
Ad motum proprium ſuperioris abit;
Quod nec idem circà centrum latione feratur
Propria, eiſdem etiam nec ſuper vſque Polis.
Sic qui duritiem cœlis concedere gaudent
Multiplicatis his diſſeruiſſe volunt.

DE THEORICA MOLLISTARVM CIRCA COELOS.

EX Duriſtarum doctrina hac hactenus hauſi,
Nunc Molliſtarum dogmata habenda manent.
Cœlum ſydereum liquidum, atque realiter vnum,
Qui totum potiùs conſtituiſſe volunt.
Multiplicem ſpeciem cui donet acuta virorum
Phantaſia, omninò nec moueatur idem.
Aſt à ſyderibus findatur vbique ſecundum
Partes commotis, atque trahatur eis.
A ſtellis in eo motis ſeù nempè quod illud
Scindatur velut aer ſcinditur ex auibus.

Solus

Solus ſtellarum fulgens exercitus ergò,
Non cœlum, motum quotidiè inſtituit;
Factus in Occaſum ex Ortu qui ſurrigit Orbem
Circà Terraqueum centri at in Orbe ſitum.
Aſtra alia hunc citius circlum, ſed tardiùs illa
Inferiore loco cætera perficiant,
Hæc idcircò ab eis nobis retrocedere in Ortum
Sint viſa expoſitis motibus indè ſuis.
Aſtrorum hunc præter motum, qui primus habendus;
Stellæ aliæ motus inſtituunt proprios,
Quos irretitos gaudent oſtendere primo;
Eſt motus Comitum qualis in Orbe Iouis,
Saturni ac Comitum circà ipſum, qualis & eſſet
Circà Solem alius Mercurij, & Veneris.
Immò Planetarum motus nunc altior, imo
Nunc vicinus humo hac proprietate micat.
In cœlo hoc liquido, ac vno traduntur & anis,
Tùm circli dicti, tùm quoque vterque Polus.
Cœlum & idem vna cum ſtellis hærentibus, hiſque
Circlis concipitur mobile quotidiè;
Continuè Occaſum affectans, cui eſt motus ab Ortu,
Contrà hunc ire licèt ſydera fortè putes;
Tuque Meridianum cùm Finitore ab eodem
Excipies motu, ſphæra vt amica docet;
Cuius motus erit cœli quaſi norma perennis
Præcipuè, & primi mobilis ora tenet;
Communis ſtellis cunctis, centrumque videtur
Motus primi huius Terra ſub Orbe ſuo.
Terra ac per centrum tranſire putabimus axem
Mente, extrema huius tum retinere Poli.
Circlos circà axem à ſtellis diſtincta propinquis
Puncta Parallelos æquidiali obeunt.

Seù

Seù magìs, aut minùs hi girent, quò nempè remoti
Aut sint vicini plusque, minusque Polis.
Stellæ autem spiras circà axem scribere eundem
Creduntur, velut significaui aliàs.
Terminus eiusdem at motus, qui primus habetur,
Incipit, in quibus hic desinit, estque duplex.
Siuè Meridianus, vel Horizon creditur, horum
Primus erit constans; hinc placet Astronomis.
Inconstans autem variis Nationibus alter
Est varius, varians sphæra vt obliqua docet;
Instar namque Meridiani etsi posset Horizon
In sphæra recta commoda plura dare.
Seù motus primi initium, tùm finis adesse;
In sphæra obliqua perdidit omne decus.
In qua dum quædam stellæ sub cardine vtroque,
Vel suprà Horizontem sistere semper auent;
Infrà vel semper maneant, aliaque suprà ipsum
Scandentes æquo hunc tempore non repetant;
Stellarum spiras polleret quomodo Horizon
Seù finem cursum tradere, & initium;
Inque Parallela sphæra hic multò minus esset
Finitor dictum promptus ad officium.
Dimidia in qua stellarum pars surgere nunquam
Apparet, nunquam pars reliqua occidere.
Periodicum motus tempus primi integri at huius,
Sique data in cœlo puncta ea fixa notas.
Horarum spatium viginti quatuor vrget,
Vt naturalis desinat vna dies.
Ex qua de causa hunc motum appellare diurnum
Quotidiè, ac primi mobilis ecce vales.
Respectu stellarum autem, quo has siuè regressas,
Siuè retardatus supposuisse decet.

Tantò

Tantò maius erit præfatum tempus ; eædem
Quantò magìs cedunt celeritate retrò.
Quanto magis ſeù tardatæ ; ſupponere vt audent
Molliſtæ, à motu ſuperiore manent.
Vndè dies naturalis diſcrimen habebit
Triplex ; eſt primi Mobilis ille prior,
Sydereuſque ſequens, ſolaris tertius extat ;
Quos trinos breuiter ſignificabo dies.
Primus primi igitur cui motus Mobilis Ortum
Donat pro menſura æquidiale colit,
Nàm veloxe huius reuolutio facta diurnum
Motum primi etiam Mobilis exequitur.
Horarum ſpatio viginti quatuor ab Ortu,
Occaſum versùs, regredienſque ſimul.
Hinc gradus aſcendunt quindeni qualibet hora,
Vt ſcandant omnes vnica in Orbe diè.
Vtque ſuprà tetigi motus menſura diurni
Spectat mundanos æquidiale Polos.
Mobilis hunc motum reuoluta eccliptica primi
Conſequitur pariter rapta vocata comes.
Tota licèt toto quæ cùm æquatore reſurgat
Atque Meridianum tranſeat, & remeet ;
Eiuſdem partes tamen æquatoris amici
Cùm ſocijs minimè ſunt ratione pares.
Sed nunc maiores poterunt, nunc eſſe minores,
Cauſa eſt, hæc quoniam ſemper obliqua iacet.
Ad ſocium æquatorem ſeù quia circlus obliquus
Hoc motu haud propriis mota ſit ipſa Polis,
Rapta ſed à motu, qui fit ſub cardine vtroque
Mundi, quos fixos æquidiale videt.
Hinc apud Aſtronomos alios eccliptica iactat
Scandentes arcus rectè, & obliquè alios.

Recti

Recti, seù tardi conscendunt, partio maior
Cùm quibus ascendens æquidialis erit;
Obliquè verò, & pariter velociter arcus
Cùm quibus ascendet portio dicta minor.
Qualis & ascensus descensio talis habetur,
Ac suprà Horizontem fertur, & inferiùs.
Quarè ascensio, seù descensio eccliptica obliquæ
Partis, siue arcus taliter expositi
Arcus erit quisque æquatoris, parte cum eadem,
Qui simul ascendens, præcipitansque foret;
Stellarum ascensus punctorum eccliptica, & eius
Partium descensus diuiditur pariter.
Siue ascensus cùm descensu eccliptica, in ista
Quem partes dicta, punctaque & astra tenent
Scinditur in rectum, & obliquum aliquando; priorque
In recta, ast alter sphæra in obliqua habitat.
Seù maior, minor, aut æqualis portio scandens
Sit, seù descendens æquidialis eis.
Stellarum ascensus verò, & descensio vtraque
In sphæra melius traditur inferius.
Mobilis at primi motum comitatur is, astris
Qui præter Solem proprius esse solet;
Sydereum qui nempè diem demonstrat eumque
Longiorem primo, sydera fixa notans;
Integra stellarum quoniam reuolutio facta
Æquatoris ea longior esse petit.
Seù quoniam ad pūctum reuolutum haud peruenit eius
Tardior, aut quoniam credita abire retro.
Versus nempè Ortum proprio contendere motu,
Quamuis ad sensum vix retrò abire putes
Est breuior, quam integra tamen reuolutio Solis,
Dum magis his fixis cedere retrò habeat.

Adque

Adque alias hic quaque die procedere in Ortum
Stellas appareat, donec eas ſuperet;
Quoque anno has omnes girans, occultat eaſdem
Vicinas, reliquas ſe reſerare ſinit;
Indè Planetæ alij quò motu Sole videntur
Tardiores eò eunt quotidiè celeres.
Integra ſeu citiùs reuolutio facta diurna
Horum eſt; contrà eſſet ſi celeres reputes.
Solarem poſtremò diem giratio Solis
Gignit eumque duplum connotat Aſtrophylus.
Naturalis ineſt primus, ſed ab arte ſecundus
Dictus apud cunctos artificialis erit.
Hunc ſuprà Horizontem mora Solis ſuſcitat, infrà
Sole morante & nox artificialis erit;
Naturalis at expoſitus fulgere videtur
Tempus, quo centrum Solis in Orbe meat,
Mobilis à primi motu, qui raptus ab Ortu
Tendit in Occaſum, regrediturque ſimul.
Adque Meridianum cùm haud æquatoris eodem
Siue ad Horizontem Phœbe gradu redeas;
Quotidie gradu eodem nec cum eccliptica ad ipſos
Circlos, aſt alio quaque die redeas,
Cauſa diem ſolarem augens tunc proprius adſtat
Motus Solis habens cedere paulò retrò;
Siue retardatus girum non finit eum omnem,
Quem finit primum Mobile quaque die.
Sed proprio inceſſu paulatim eccliptica obliqua
Sub ficta potiùs ſigna ſecunda petit;
Proprio ab Occaſu giro, ſeu tendit in Ortum,
Qui minor à primo deficit uſque gradu.
Integra quocircà maior reuolutio Solis
Æquateris ea conuemoranda iacet;

Qua-

Quaque die æquatoris nam hæc reuolutio iactat
Additum, vt hoc surgat Solis amica dies.
Additum id est autem æquatoris portio, Solis
Conueniens proprio motui ita expositio,
Siue ascensio arcus præfati ecliptice, obumbrat
Quam Phœbus motu quotidie proprio.
Addita in æquatore ista haud æqualia surgunt,
Sed maiora modò, nunc que minora iacent,
Quæ tamen Astronomi perfecto computo adæquant,
Sumentes motum, quem vocitant medium
Defectum, excessumque inter medium istud honorant,
Quod gradui quasi idem competere asseuerant
Quinquaginta minuta nouem nempè octo secundis
Si est motus Solis quaque die medius.
Ecce minutorum tempus ferè quatuor horæ
Quoque die motus Solis erit proprius.
Anni itaq; & spatio dum circulum ecclipticæ obliquum
Percurrens motu complet eam proprio
In tercentum aut sexaginta & quinque diebus
Cum quadrante ferè hanc soluere quandò queat,
Additæ eæ quoque particulæ æquatoris ad vnum
Gyrum, quaque die quò reuolutus abit,
Integrum æquatorem tunc absumere iactant
Addita, ad initium Solque redibit idem.
In tercentum hinc sexaginta & quinque diebus
Cum quadrante, queis Sol dare nomen auet,
Multiplicata æquatoris reuolutio eadem
Stat numero, vna autem post superesse solet;
Tercentum, sexaginta sex namque quadrante
Tunc reuolutiones æquidialis eunt.
Vltima quæ supernumeraria fertur, in vno
Facta die haudquaquam quæ reputanda foret;

Sed

Sed ſingillatim integrum collecta per annum
Suppoſitum Tropicum, nec benè ſydereum.
Addita cur autem hæc non æquæ dieſque neque æquos
Solares gignant, cauſa putanda triplex.
Titanis proprius ſubſcripta eccliptica inæquus
Ad centrum terræ motus habenda prior.
Circlus ad æquatorem eccliptica obliquus habetur
Altera; Horizontis tertia obliqua via;
Nimirum in ſphæra obliqua; ſic fortè loquentur
Molliſtæ cœlos, qui reputant fluidos;
Horum, at ſufficiat ſententia dicta parumper
Duriſtarum ab ea propoſita varians.
Varietas tamen hæc minimè diuerſa notabit
Pro contemplandis dogmata ſyderibus,
Tàm mollis, quàm dura poteſt ſententia in aſtris
Motum, molem, horum tum ſtatuiſſe ſitum;
Diſcipulus media forſan tutiſſimus ibit,
Si Firmamento duritiem tribuens,
Indè Planetarum cœlos ſupponat, & Orbes
Molles, ſeù liquidos his aperire viam.
Vndenos quarè veluti ſententia cœlos
Duriſtarum vrget, quos quoque multiplicat,
Partiales alios recolens, tum immobile ſuprà
Hos motos Cœlos collocet Empyreum;
Sic Molliſtarum ſupponit opinio cœlum
Vnum ſydereum, quo ſuper Empyreum,
Aereum ac gyrum per terram credere cœlum
Gaudens tres cœlos inſinuare pletit.
Aereum, tum ſydereum, Empyreumque beatum,
Ad quod peruenit Doctor Apoſtolicus,
Raptum ſe ad tertium cœlum qui faſſus, ibidem
Arcana audiuit non vocitanda Dei.

An meliùs fuerit medians ſententia, cœlum
Aereo omiſſo tripliciter reſecans?
Nempè Planetarum in liquidum magis æthera, cœlum
Fixarum in durum, denique in Empyreum.
Quodcumque accipias Phænomena ſalua manebunt,
Tu ſequere id potiùs, quod meliùs capies.

QVARTA PARS ASTRONOMIAE.

SEu fluidos cœlos cupias, ſeu credere duros
Nil fixa æthereus curat ob aſtra globus
Plurima in hoc ficto varia ſub Imagine ficta
Quæ ſplendent, necnon lumina noſtra vocant.
Quadraginta octo cœleſtes more Figuras
Hic tenet antiquo, quas memorare decet.
Sunt his adiuncta, quas inuenere recentes;
Nàm facilè iuuentis addere quiſque poteſt.
Zodiaci quamquam biſſenis nempè Figuris
Auſerat antiquis addere nemo nouas.
Dodecatemoryis ſuper an nè efficta perirent
Dogmata, & erraret nè nimis aſtra loquens.
Circulo in hoc ſemper duodena & ſigna micarent,
Ex Chelis poſtquàm Scorpij oborta Libra.
Qualia ſex Aries, Taurus, vinctique Gemelli
Ad Boream Cancer, tùm Leo, Virgo manent.
Sex Auſtrum verſus, Libra ſiſtant, Scorpius, Arcum
Qui tenet, Ægoceros, Amphora, Piſce duplo.
Attamen obliquo Aſtriſmorum hoc ordine dempto
Sunt reliqua ad binum multiplicata Polum;
Ter ſeptem ad Boream ſi ſtabant ſydera quondam,
Vrſa Minor, Maior, Flexilis atque Draco. (guis,
Arctophylax, Gẽma, Engonaſis, Lira, & Anguifer, An-
Telum, Aquila, & Delphin, Cycnus, Equuſq; minor.
Pegaſus, Andromeda, & Cepheus cum Perſeo, & Vxor,
Deltoton, Curru clarus Erictbonius;

Addi-

Addita eis fulgent Iordanis Flumina, Tigris,
Antinous, Sceptrum, de Berenice Coma;
Atque Camelo Animal Pardus cum Lilio; ad Auſtrum
Si quindena autem ſigna vetuſta vigent;
Cetus, & Eridanus, Lepus, ac Armatus Orion,
Syrius, ac Procyon, Argoque prima Ratis.
Hydra ferox, Crater, Coruus, Fera ſubdita, Chyron,
Piſcis, & Auſtrini Lare Corona Poli.
Addita eis pariter primò duodena fuere,
Phœnix, Grus, Indus, Pauoque, Paſſer, Hydrus.
Anſer, Apus pedibus velut orba, Chamæque Leonis
Cùm Muſca effigies, Piſcis item Dorado.
Auſtrinum & Triquetrum; Carolinum poſtea robur
Vni & Coruis ibi dicta Columba Noe;
Crux ſub Centauro, tum Rhombois, vtraque nubes
Ex Magellano magna, minorque ſedent.
Tam noua, quam vetera interea dum ſydera cernis
Æthereo in tali lumine fixa Globo.
Iſtorum numerum deſcribere forſan auebis,
Firmamenti illum ſed memorare nequis.
Multiplicabo tuum ſemen Deus inquit Abraham,
Vt ſunt in cœlo ſtellæ, & arena maris.
Quas etiam innumeras Via Lactea monſtrat, aceruum
De minimis ſtellis quam modò ſenſus habet;
Quam malè Ariſtoteles ſub Luna credidit eſſe,
Quam benè Democritus fixa per aſtra locat;
Vt Teleſcopio nunc talis opinio verax
Emicat, inuentum quod Galileæ tenes.
Vndecimus doctis latus quaſi circulus ingens
Credita ab Aſtronomis ſemita talis erit;
Clarior alicubi, duplexque Galaxia ſurgens;
Simplexque ad plures currit vtrinque locos.

Tendit ab Auriga in Geminos, Argonque, Canemque,
Centaurumque, Auſtri linquit & indè Lares;
In Boream remeans tranſit per Scorpij acutam
Caudam, ſubſiſtens Arcitenente dupla;
Poſt Ophicicum vrget, tũ Aquilã, Cicnumq; vbi duplex,
Cùm Genero hanc demum Caſſiopea colit;
Donec ad Aurigam redeat; celebrata Poetis
Ad ſuprema olìm tecta Tonantis iter,
Heroum & ſedes, quæ fuſo ex lacte mamillæ
Regina diuum ſurgere dicta fuit;
Inſcia præberet dum lae ſopita Puello
Alcidi, verum Fabula tanta cadat;
Atque minutarum ſtellarum habeatur aceruus
Hæc apud Aſtronomos Lactea culta via;
Ipſa Globi ætherei latus quaſi circulus audet
Cùm fixis viſis cœlica tecta dare;
Scilicet innumera hic minimè fixa aſtra videbis,
Senſibus at ſolùm, quæ ſubiecta micant.
Mille hæc antiquitus tantùm ſpectanda micabant,
Vigintique duo connumeranda ſimul.
Quadraginta octo quæ conſtituere Figuras,
Addita eis verùm plura notata nitent;
Propter eas Boream verſus, reliquaſque ſub auſtro
Effigies dictas compoſitione nouas.
Quapropter mille octingenta, ſexque fuere
Vſque modo à doctis fixa notata viris;
Tam quibus antiquæ meliùs lucere Figuræ,
Quàm nunc depictæ præualuere nouæ.
Vtque nouis nomen ſtat ab Inuentore tributum,
Sic veteres primum perdere iure negant;
Auguſtauus erat variare his Iulius auſus
Schyllerus facili nomina picta modo,

Chri-

Chriſtiadum cœlum effingens, laudandus ob auſum,
Aſtronomi at potiùs prima vetuſta colunt,
Forſan enim iſtarum ſunt nomina propria quædam,
In Iob quas aliquas pagina ſacra vocat;
Pleiadas, ac Hyadas pluuias, Oriona recenſens,
Arcturi ac Gyros, iſta loquente Deo;
Græcorum ambitio quæ nomina poſteà fædans
Fabula, ea æthereos auſit adire Lares.
Antè Argonautas Nauim monumenta vocatam
Sic Chaldæorum docta notare volunt.
Quæ depicta Noe forſim ſignauerat Arcam,
Quam modò ſub pariter iuncta Columba petit.
Has tamen antiquas, antiquo more Figuras
Fabula, & hiſtoria comemorare decet;
Indè nouas quoque conſimili celebrabimus æſtro,
Quotque loquemur eas fixa notare queant.
Circà fixa autem quæ à prima mole refulgent
Deſinere in ſextam ſcindere cuncta nego.
Sat generalis erit numerus, ſplendentia ſolùm
Cùm proprio influxu ſed benè quæque feram.
Ergò ſiſte viator iter perpende peritus
Hoc Globo in æthereo quæ memoranda iacent.

ASTERISMI BOREALES.

VRSA MINOR.

DE Iouis Ideis ambæ Nutricibus arctos
Creditæ ab Antiquis hoc nituere Polo
Sola Minor verùm doctis Cynoſura Poetis
Præſtaſſe in terris tale putatur opus.

Nomine ab eiuſdem quare Vrbs Hyſteia vocata,
Portus ibi dictus tum Cynoſura fuit.
Quod valuit nutrire ſuo de lacte Tonantem,
Digna fuit pariter quæ ſuper aſtra micet.
Quaque propinqua Polo Tyriis ſit norma Carinis,
Maior vt Argolicas rexerat Vrſa rates.
Magnes hanc palmam rapuit ſed prorsùs vtriſque
Vis manet in fixos cui ſtimulata Polos.
Alicubi huic minuit nec declinatio laudes,
Per paucos quamuis poſſit abeſſe gradus.
Exque decem, atque nouem ſtellis hanc dantibus Vrſam
Poſtrema in cauda ſtella Polaris erit.
Cùm reliquis Saturnina in ſecreta laceſcens,
Dat mentem imbellem, ſed memorare bonum.
Attactrice autem fertur virtute triumphans,
Quando ad eam vt centrum quæque creata fluant.

VRSA MAIOR.

Filia Calliſto formoſa Lycaonis olìm
Eſt Helice Triuiæ quæ recolebat opus.
Hanc Venatricem compreſſit Iuppiter, vndè
Ventre fuit tumido membra notata lauans.
Seù Iouis Imperio, aut Iunonis, ſiue Diana
Euaſit cunctis protinùs Vrſa ferox.
Indè enixa Satum Genitricis terga ſequentem
Arcadibus manſit præda relata Patri.
Poſt ignota Sato peteret cùm à prole ſecuta
Vrſa Iouis Templum, tunc obiere ſimul,
Arcadibus nempè occiſi, miſeratus & ambos
Iuppiter in Cœlum ductus Amore tulit.

Dile-

Dilectaque dedit tot lucida ſydera amica,
Vt prior ignaris cognita ſemper erit.
Syderibus triginta nouem micat æthere, quorum
Quatuor in Plaaſtro, ſed tria cauda tenet.
Naturam Martis redolent, ad bella propenſos
Dant animos, naſci Martia Bruta volunt.
Anglia quocircà caret his ſubiecta Luporum
Turba, dum hac maior deſtruat Vrſa Lupos.

DRACO.

INter vtramq; locum retinet Draco flãmiger Arctos
Cephæum ventre vrgens, Herculis ore pedem.
Heſperidum cuſtos fuerat iam peruigil Horti,
Nequis decerpens aurea mala foret.
Cùm Ioue quæ nubens Iuno admirata ferenti
Iuſſit terræ Hortis talia dona ſeri;
Montis ad Atlantis fines Tyrinthius heros
Perueniens quiuit ſed ſuperare Feram,
Quam Iuno iraſcens ſuper æthera ſcandere iuſſit,
Triginta ſeptem ſyderibuſque nitet;
Saturni Iouis, ac Martis virtutibus ardent;
Culturam agrorum, religioſa mouent.
Inuictos animos ad bellica facta laceſſunt;
Nec formidantes Bruta inimica notant.

GIRAFFA, SEV CAMELOPARDALIS.

IN caudam cynoſuræ vrget ferus ore Camelo
Pardalis, in cœlo cui noua forma data;

Indè Polum Boreum quaſi vertice tangit, & aluum
Arcticus ad medium circulus ambit eum.
Viginti aſt octo decorant hoc aſtra creatum
Procerum, atque pedes, collaque longa gerens
Pantheræ variis maculis ſimulare colores
Apparet, variis moribus vndè ſcatet.
Illius an cœlum petiit commixta Figura
Aſtrologi vt nugas vendere fortè queant;
Influat id veluti ſimulantia verba, Bifrontes
Ac Ianos reddat per loca quæque viros.

ARCTOPHYLAX, SEV BOOTES.

ARctophylax ſequitur vicinus, ſiue Bootes
Cuſtodem plauſtri quem celebrare ſolent.
Arcas erat dicta Calliſto ex matre, parente
De Ioue, qui captus cùm genitrice fuit.
Indè puer cùm epulis curante Lycaone, eidem
Appoſitus fuerat dulcis vt eſca Ioui.
Qui menſam vertens ædem tùm fulmine aduſſit,
Tùm Regem voluit vertere in ora Lupi.
At pueri collecta ſimul dum membra vocarit
Ad vitam, iuſſit poſt alimenta dari.
Factus adultus opus dum venatoris adimplet,
Matrem Vrſam ignotam fortè necare volens,
Hanc Iouis inſequitur fugientem in templa Lycei,
Occiſuſque petit cùm genitrice polum.
Triginta aque octo demonſtrat ſydera, vires
Quæ magè Saturni, Mercuriique tenent.
Oſtentat Iouis, & Martis ſed dotibus aſtrum
Arcturum effulgens inter vtrumque femur.

Sub

Sub quo natus opes, & ſacra æraria habebit,
Regnans ſub proprio Rege miniſter erit;
Mazzarinus erat tali ſub ſydere cretus,
Quem coluere adeò Gallica Regna virum.

CORONA BOREALIS.

IVnctа humerum dextrum Borealis habere Bootis
Gnoſia conſpicuum viſa Corona locum.
Hæc fulget Bacchi monumentum, & pignus amoris,
Quandò Ariadne ipſi nupta relicta fuit.
A Theſeo in Dia deſerta cum inſula amante
A Bacho accepit ſponſa vt amica foret.
Dùm colerent Diui, ac Diuæ ſponſalia, manſit
A Venere, ac horis tanta Corona data.
Poſt Ariadnei vt capitis monſtraret honorem
Hanc tulit inſignem Liber in aſtra pater.
Mercurij, at Veneris ſunt ſtellæ octibus octo
Vndenæ, hiſque magis gemma vocata nitet.
Influit in natos ſtudium doctrinæ, & amoris
Delitias, & erit Palladi amica Venus.
Artem pingendi, varia ac idiomata diſcent;
Et nectent Flores, Lilia amæna, Roſas.

ENGONASIS.

ENgonaſis, ſiue in Genibus Tyrinthius heros
Splendet ſerpentis ferre Trophæa valens.
Heſperidum cùm nempè Hortos petiſſet amænos,
Illius vt caperet ſplendida mala loci,

Per-

Peruigilem fecit Custodem occumbere claua,
Spirarumque ausit dissoluisse sinus;
Ob talem referunt hinc sustentasse laborem
Leuo innixa illum fortia membra genu,
Quam speciem herois cerni permisit Olympo
Iuppiter, vt canerent sydera gesta sati.
Quem pede prospicies Anguem calcare sinistro,
Falx veluti dextrum curua Bootis habet.
Vrget item facie caput Anguitenentis, & Anguem
Eiusdem apparet sternere velle manu.
Mercurij sexaginta tum quatuor astris
Influit, vt nascens insidiosa velit;
Immò grassator veniet metuendus in Vrbe,
Aerium scalis, qui meditetur iter.

OPHICVVS.

CReditur Anguitenens multis Rex esse Getarum
Carnabonta ipso tempore sceptra gerens
Triptolemus iussu Cereris quo semina frugum
Donans per cunctos distribuebat agros.
Cui struere insidias Rex tentans sustulit Anguem,
Qui socio currum duxerat instar Equi.
Hoc reliquo alma Ceres veniens deuinxit iniquum,
Vicinum & letho semper in astra dedit.
Quidam Phorbãta hunc celebrant, qui fortis in Angues
Vasto Turbantes fortè Dracone Rhodum,
Vrbem desertam hanc Ophiusam idcircò vocatam
Anguibus occisis fecit habere viros.
Queis meritis super astra volans tractare videtur
Anguem, ac impauidus stringere corpus adhuc.

Sed

Sed meliùs fertur ſacer hic Æſclapius, arte
Qui in medica doctus ſicut Apollo pater,
Hyppolitum valuit reuocare ad lumina vitæ,
Quem dedit innocuum falſa Nouerca neci;
Androgeum, Glaucumque tulit de faucibus Orci
Minois natos nobilis Anguis ope.
Iuppiter aſt ægrè id portans, mortalis ab vmbris
Damnatas animas quod reuocaret homo;
Fulmine combuſſit Medicum, ſed Apollo paterno
Æſtro nè fureret ſurgere in aſtra tulit.
Qui ſimul Angue micat, Medicis velut Anguibus vti
Inſinuet, ſanent Pharmaca vt omne malum.
Inſtar & Anguis ei vt vigilent, occaſio præceps
Nè ſuper afflictos ſit peritura lue.
Saturni ac Veneris triginta eſt ſplendidus aſtris
Virtute, ac vno; dat meliora caput.

SERPENS OPHIVCI.

SVmmo in honore manens Epidauri Æſclapius olim
Numen apud fines, indigenaſque loci.
Italiæ à Dominis Romanis peſte furente.
Quæſitus fuerat pro remouente luem.
Legati miſſi forma ſerpentis eundem
Romam perductum ſuppoſuere rate.
Nobile quocirca Templum fuit Inſula in alma
Tybridis extructum, quo coluere Deum.
Anguem qui geſtat manibus, dum vertere in Anguem
Se voluit, talis ſydera celſa petens.
Quadraginta ideò ſerpens quinque emicat aſtris
Mercurij, ac Martis, quæ bona praua notant.

Sique

Sique videtur item Anguis per tria ſigna meare,
Alitis ac cauda tangere ſumma Iouis.
Anguiger ad Libram apparet ſic flectere læuam
Atque ſiniſtrum eius Scorpio ferre pedem.

AQVILA.

HÆc Aquilæ æquidialis habens confinia, Vultur
Siue volans plaudens armiger eſſe Iouis,
Non eſt illa iecur lacerans in rupe Promethei,
Quam dedit Alcidis dira ſagitta neci.
Sed quæ formoſum Ganimedem ad tecta Tonantis
Dicitur ex patrio corripuiſſe ſolo.
Imò credentes meruit voluiſſe ſub eius
Forma ad factum ingens vſque latere Deum.
Sic cœlo inſignem forma dedit iſta puellum,
Qui daret ambroſiæ pocula ſacra Ioui;
Hinc ſuper hunc etiam, qui apparet fundere lymphas
Alas regalis pandere fingit auis.
Viginti quatuor ſtellis Martiſque, Iouiſque
Emicat, hiſque magis pulchrior illa trium.
Ad ſpolia inclinat, tum cædes, atque rapinas,
Iunctaque Pax Bello, Ciuis, & Hoſtis erunt.
Ipſe ſibi lex natus erit, per bella miniſter
Quiuerit eſſe Ducis, plura Trophæa gerens.

ANTINOVS.

CIrcà Aquilam corpus bis ſex informibus aſtris
Antinoi effictum iure puſilla meret.

Hunc

Hunc in delitijs Adrianus Cæsar habebat,
Facta nouo renouans hoc Ganimede Iouis;
Submersi in Nilo post lugens Fata puelli,
Iussit eum Astrologis vt super astra darent;
Astuti Vates Aquilæ posuere propinquum
Nubila cui speciem sydera pauca darent.
Sic alio hic Cæsar Ganimede infecit Olympum,
Ales visa Iouis sic rapuisse duos.
Cum Ioue diuidere Imperium quoque Cæsar hic ausit,
Dum fecit puerum surgere in astra suum.
Qui super imberbes ideò dominatur Ephæbos,
Quos homines vani munere, & ore petunt.

SAGITTA.

LÆuam Aquilæ tangens alam, qua lactea currit
Semita Delphini summa Sagitta colit.
Caucasea quondam deuincti in rupe Promethei
Alcidem hac pœnas, vincla fugasse ferunt.
Quandò Aquilam diro transfixit vulnere eadem,
Quæ miseri semper roserat vngue iecur;
Nec fecisse hominem ex luto, nec ab æthere summo
Iuuerat æternam surripuisse facem;
Sed quia sacra Iouis deluserat ossibus; autem
Non tulit assiduam nostra sagitta necem.
Ni dicamus eam potiùs qua iratus Apollo
Ex chari à sæuo fulmine morte sati
Fulminis artifices ausit feryste Cyclopas,
Vndè in Hyperboreo monte sepulta fuit;
Quæ Ioue postremò ignoscente hæc omnia nato
Eruta Musarum conspicit ante Deum;

Mar-

Martia cœlum adiens octo exornatur ab astris,
Ex quibus in Iaculis quisque peritus erit;
Seù Volucres capere, aut securum figere Piscem,
Siuè hostem contrà tela vibrare cupit;
Iurè Philoctetes fuit hoc sub sydere cretus,
Cui pharetra in Troia tanta trophæa dedit.
Tum pater implicitum, qui nato sustulit Anguem
Solum telo, alium morte, sopore leuans.

LYRA.

INsurgit Lyra, seù Testudo, Fidicula, Vultur
Siue cadens, Orpheiseu celebrata Chelis.
Alcidem, Cycnum ac inter consistit, vt eius
Nunquam fama sonans sit peritura viri.
Facta à Mercurio citò de Testudine vt ingens
Munus Parnassi mansit oblata Deo.
Qui Neruis ornauit eam, docuitque sub antro
Orphæa Pangæo, voce canente modos.
Hic Satus at Musa docta in modulamina mouit
Musarum ad numerum fila reperta nouem.
Indè feras, sylvasque trahens pro coniuge amata
Inferni Furias mollit vsque lacus.
Ast ibi progeniem celebrans cùm fortè Deorum
Bachi illam oblitus sit memorare patris.
Post in Pangæo residentem monte poetam
Iussa est Bachantum dilacerare manus;
Bachi ira; & non quod pueriles primus amores
Tradidit, at Musæ membra dedere solo.
Sed Lyra Apollineo iussu Ioue dante, quod Orpheus
Natum laudarit scandere visa Polum;

Mur-

Mercurij, Veneriſque decem exornata Pyropis,
Ac ſeptem, eſtque magis lucida dicta Lyræ.
Subditus huic aſtro proprias cantabit ad aures,
Mulcebit Bachum nocte dieque ſono.

OLOR, SEV CYCNVS.

Gallina, aut Cycnus dextrã dũ expandit ad Anguis
Collum, ala reliqua tangere monſtrat Equum.
Ore cadentis habet quaſi dextram Vulturis alam,
Tum Iouis ac Lædæ pignora chara notat.
Quando is ſubſpecie hanc olim compreſſit Oloris,
Ac Helena ex ouo ſurgere viſa fuit.
Contendunt alij pariter, quod Iuppiter ardens
Pro Nemeſi fuerit redditus albus Olor;
Inque Aquilam verſam fingens vitare Dionem
In Nemeſis voluit concubuiſſe ſinu;
Sopitam ac violans grauidam quoque reddidit oue,
Latum à Mercurio quod vaga Læda tulit;
Poſt factum Cycnus mentitus in aſtra volauit,
Semper habens Aquilam, quæ in ſua terga daret.
Mercurij, Veneriſque nouem triginta gauiſus
Eſt aſtris, caudæ lucida ſola viget.
Ad luxum inclinat, linguas, ſenſuſque docebit
Complures hominum, paſcere cogit aues.

TYGRIS FLVVIVS.

Circà Ophiuci humerum dextrũ, caudamq; retorti
Serpentis Fluuius ſurgit in aſtra nouus.

Hinc

Hinc Aquilam, Telum, Delphinum Pegasi ad vsque
Collum, ac indè Lyram, summaque Oloris habens.
Tygridis à cunctis decoratus nomine fulget,
Fluminis in chartis cui sacra Fama nitet.
Quod velut Euphrates, Ganges, Niluſque putetur
Ex Paradiſo Ortum Terreo habere ſuum.
Vicino in terris ſolùm cùm Euphrate videtur
Claudere famoſum fertilitate ſolum.
Indè ſagitta velut curſu rapidiſſimo eodem
Perſici & apparet ſalſa ſubire ſinus;
Hoc celer idcircò flumen formaſſe recentes
Per triginta octo ſydera parua nota,
Forſan vt inſinuent, Paradiſo ex Terreo obortum
Non malè in Aſtrifera ſede micare Poli.

DELPHIN.

INter Equum mininũ Delphin Aquilamq; refulgens
Creditur Æquorei Nuncius eſſe Dei.
Namque Amphitritem in Sponſam dum quæreret iſte,
Illa recuſauit Virginitatis Amans.
Conſuluitque fuga ſibi versùs culmina montis
Atlantis, prohibens ſic violenta pati.
Miſit ad extremas oras Neptunus, amatam
Complures, poſſent vt reperire Deam.
Solus eam inuenit Delphin, ſuaſitque redire
Sponſam, ac Neptuno iungere corde manum.
Hinc Deus inſtituit primum hunc ſponſalia ſuprà,
Inſuper æthereos iuſſit adire Lares.
Attamen à multis is Delphin fertur, Arion
Quo euaſit ſaluus Muſicus inter aquas;

Nimi-

Nimirum à Nautis ob opes dùm iactus in vndas,
Postquam alter cecinit Fata futura Cycnus;
Delphines super insedit dulcedine cantus,
Qui allecti dorsum suppossuere Viro.
Tum fuit ex Pelago ad littus Citharedus ab vno
Vectus sydeream post adeunte Domum.
Saturni Vndenis Martis Delphinus ab astris
Splendens dat robur per Mare, perque solum.
Ambiguus Terra, & Pelago quasi natus arenas
Imas scrutari quiuerit absque metu.

EQVVS, ET EQVICVLVS.

POsterior, seu alatus Equus ceruice priorem
Tangit, & Andromedæ stat super inde caput.
Dicitur hic proles Neptuni ex ventre Medusæ,
Aut capitis cæsi prosiluisse comis.
Pegaso eo dicto valuit superare Chymeram
Bellepheron vectus, sic volucre Diis.
Nè Iuueni innocuo præti vxor falsa noceret
Per Monstrum, fuerat quod Leo, Virgo, Capra.
Post Facinus saxum feriens Heliconis in antro.
Pegasus vngue, citò fons ibi fudit aquas;
Hyppocrene ab Equi appellatus nomine, cuius
Musarum coluit Turba nouena locum.
Postremò in summis requieuit Pegasus astris,
Sit licèt Euripidi fœmina versa in Equum.
Filia Chyronis Menalippe est nempè subacta,
Pelion ac prægnans monte subindè latens,
Quæ Patris aufugiens iram peritura, Deorum
Permissu in talem versa micauit Equum.

Postrema partes ob sexus nempè pudorem
Non cernuntur Equi, dimidiusque nitet.
Mercurij, ac Martis viginti hìc quinque pyropis
Splendet; primus Equus quatuor astra tenet,
Sectio Equi, Equiculus qui dictus carmine nullo
Est celebris, nec eum Fabula docta canit.
Dimidius benè Equus reddit vigilantia membra
Natus, Equo & gyros conglomerare sciet;
Siue alius medicas artes in membra Ferarum
Noscet, & in cursu quiuerit esse celer.

ANDROMEDA.

PVlchra catenata Andromeda alta surgit Equinum
Ceruice ad corpus, stella vbi pulchra nitet;
In Pisce est cubitus mancus, Via Lactea dextro
Vicina, atque pedes Perseus ense premit.
Expositam Ceto hanc quondam Monstri huius ab ore
Perseus eripuit Gorgonis ore fero.
Vxor & euadens Herois linquere Matrem
Atque Patrem voluit semper amica viro.
Donec in excelsum permissu elata Mineruæ
Forma, qua stabat, splendere iussa fuit.
Triginta quatuor flammis decoratur, & illa
Quæ caput illius, Pegasi & ima tenet.
Naturam sapiunt Veneris; nihilominus ille
Subditus his potiùs crudus, iniquus erit,
Carceris euadet custos immitis, & vltor,
Iustitiæ ac horrens vsque minister erit.

CE-

CEPHEVS.

Contrà helicē medius ſtat circulo in arctico, ad aluū
Cum pedibus retinens cætera membra foras
Natus Phœnicis Cepheus, celebriſque Monarcha
Æthiopum, his populis iura verenda dabat;
Caſſiopeæ autem Sponſus, Genitorque Puellæ
Andromedæ, ipſe etiam iure coacta tulit.
Dùm Ceto natam dandam comitatus euntem
Lugere incepit Fata inimica dolens;
Funera ſed verti læta in ſponſalia vidit;
Poſtquam illam à Ceti Perſeis ore tulit.
Fortuna nimis inſolita Pater vndè gauiſus
Nec fuit indignus ſydera in alta vehi;
Dumque ibi poſt tergum ſplendet Cynoſuridos Vrſæ
Verberat ac eius proxima cauda pedes,
Triginta quatuor ſtellis, quæ viribus ardent
Saturni, atque Iouis compoſitione micat.
Mores inſinuant ſolidos, tum verba Catonis,
Exempla ac veterum ſemper amica Sato.
Dicta etiam Tragico laudabit verba cothurno;
Comica non multum, inſtitiamque colet.

CASSIOPÆA.

Andromedam tangens læua, dextramque Marito
Tendens in cathedra Caſſiopæa ſedet.
Charaſibi fuerant propriæ quia munera formæ,
Auſa eſt Nereides quæ prouocare Deas,

Immanis iuſta Neptuni immiſſus ab ira
Cetus erat patrij vaſta ruina ſoli;
Cumque niſi Andromeda non poſſe recedere oblata
Omne per inſtreperet Fama doloſa locum.
Filia ei expoſita eſt demum, qua immobile ſaxum
Cetum proſpexit Perſei amantis ope.
Sed Genitrix permiſſa fuit ſponſalia natæ
Cernere, & Aſtriferos poſtea adire Lares.
Saturni triginta aſtris ſtat, ſexque Dionis,
Sic tendens palmas flere vt aueret adhuc.
Inque ſedili alto recubans, dum vertitur Orbis,
In caput apparet lata ſupina cadens.
Artifices auri facit hæc, qui in mille figuras
Vertere opus gaudent, ſectaque plura dare.

PERSEVS.

EX Ioue in auriferam pluuiam fœcunda remanſit
Qua Danae, fertur Perſeus iſte ſatus.
Huic à Mercurio Galea, & Talaria dono,
A Vulcano Falx ex adamante data;
Qua tres inueniens ſopitas Gorgones eſſe,
Triſte Meduſæ heros ſuſtulit indè caput.
Horribili quo conſpecto, quia ſaxea cuncta
Reddebat, ſubitò plura Trophæa tulit.
Andromedam quare proſpectans fortè vorandam
A Cæto, huic fecit ſaxea membra feræ,
Ac ſibi in vxorem iunxit pro more Puellam,
Quiuit & in lapides vertere membra Proci.
Hinc ſpolijs, meritiſque nitens à Pallade latus
In cœlum ſtrenui militis oratenet.

Qua-

Quadraginta Astris ac sex Iouialibus vltra,
Tum Saturninis Ensifer ardet ouans.
Martius in Capulo, tum Mercurialis habendus
Ensis gyrus erit, sic Ptholomeus ait.
Indè Meduſæum Caput Algol læua vocatum
Illius ostentat, stella vbi lucet atrox;
Nate sub hoc caueas violento sydere mortem,
Quam dare famosam dira securis habet.

SCEPTRVM.

INter id Andromedam, Cepheum, alatumq; relucet
Sceptrum Regis Equũ, quod manus æqua premit,
Iustitiæ appellata manus, quam parua figuram
Astra decem septem significare petunt.
Astronomorum oculis inuisa hucusque putata,
Composita in Sceptrum Gallico ab ore sonant
Astronomus Gallus proprij hæc quia nempè Monarchæ
Astra Triumphantis tradere gesta putat:
Nostri Regis, ait, totum diffusa per Orbem
Bellica tentabat Gloria in astra vehi;
Fœdere coniunctos quoniam tremefecerat hostes,
Ac demum Lauros cingere visus erat.
Pacificasque vltrò fuerat largitus oliuas
Quæsitas, palmas iam cumulare Satur.
Hinc Sceptrum Regale manu super æthere onustum
Iustitiæ tensa dicta per astra micat,
Queis noua consurgit talis decorata Figura,
Cuius Parisijs culminat æqua manus.
Fortunam veluti Regi, Regnisque fauentem
Insinuet propriis, æqua Trophæa notans;

Quæ modò in Hæreticos ſi & Pacis Tempore florent,
Contrà Othomani vras Florida forſan erunt.
Per mare Biſtonij Ecclipſim fera Luna Tyranni,
Perque ſolum Caſus Hereſis Hydra luet.
Erigonem, Chelaſque inter, quas Libra figurat
Auguſto poſuit tecta adeunda Maro.
Hoc Sceptrum, Aſtreaque manus num Cœlica Sedes
Regi huic Auguſto Sacra petenda foret?
Gallus ità Aſtronomus caneret, talemque figuram
Regis in Encomium Gallia tota colit.

LILIVM.

Lilium in Æthereis ſeptem candore coruſcat
Aſtris hoc Laribus, Muſcaque ſpreta manet.
Regio eam Aſtronomo placuit ſic vertere Formam,
Vt Regni, & Regis mira Trophæa notet.
Te Caſſine Domus ſuperæ, qui fulgida luſtras
Authorem hæc noſcit verſa figura ſuum.
Nec ſine Regali reſeras miſterio eandem
Gentibus inuerſam Gallica Regna colens.
Callebas, quod nempè Iouis natalia iactans
Lilium ab effuſo lacte Sororis erat.
Dum ſopitæ etenim furtim nimis ore Papillas
Sugeret Alcides, Patre iubente, puer,
Poſt ſuctum lacte ex fuſo, quod in æthera ſparſum
Lactea tam celebris ſemita orta fuit.
Ex illo, quod humi fuerat pleno vbere lapſum
Surgere Iunonis candida viſa Roſa,
Lilij habens nomen potiùs, quem Gallica florem
Trinum proſupero ſtemmate Regna tenent;

Rectè

Rectè igitur Cassine istis præsagia Regnis
Fausta hoc Iunonis flore notare cupis.
Agnoscens quod Regna supra exercere feratur
Iuno suas vires Regibus ampla notans.
Hinc spernis Muscam, quia Gallicus iste Monarcha
Non vt venator Domitianus erit;
Dum vice Muscarum venari Regna laboret,
Stemmatis vt proprij fausta sequatur ouans.

DELTOTON, SEV TRIANGVLVS.

DEltoton Græcè, Latioque Triangulus æquus,
Siue Trigonum etiam, Gorgonis ora videt.
Post tergum Andromedæ sistens caput Arietis ornat,
Ex quo hunc sic posset noscere quisque situ.
Attamen Antiqui tres partes Orbis habentes
Notitia hoc illas significare putant;
Vates sed fingunt Cererem obtinuisse Triquetram
A Ioue Siciliam sydera vt ista darent.
Sydera quinque ipsam statuunt diuisa figuram,
Ac simul Astronomos mistica plura docent
Nota Trigono ipsis vt sistat Metria; gaudent
Sydereos tutò si reserare Lares;
Mercurii est quoniam Deltoton fulgidus astris,
In Metro, ac numero cuncta gerenda notat.

HENIOCHVS.

FErtur Vulcano ex claudo, inuitaque Minerua
Natus Erichthonius matre negante Viro.

Scilicet ob fulmen petiit Faber ille pudicam,
Artifici haud voluit tale negare Tonans.
Quare in complexus dum claudus fortiter vrget,
Ac renuit Pallas virginitatis amans.
Fortè pauimentum maculauit semine iacto,
Vndè habuit vitæ stamina prima puer.
Quem cista abscondens Pallas Custode Dracone
Pandroso, & Aglauro membra tuenda dedit.
Cruribus anguineus puer hic Genitoribus ortus
Aduersis quoniam, crura latere volens
Primus adultus Equis docuit formare quadrigas
Iungendas, rutilans Solis vt illa micat.
Numinibusque prior posuisse & creditur aram,
Iuppiter in Cœlum transtulit vndè pium.
Quadraginta septem astris micat æthere, quorum
Maxima suprà humerum pulchra Capella nitet.
Quæ propriis hædis binis à parte sinistra
Aurigæ assiduo concutit imbre solum.
Capra Iouem hæc aluit Themidi cũ est traditus infans,
Titanes visa qua tremuere Fera.
Iuppiter hos contrà scuto hinc de pelle Gigantes
Est vsus, retulit tum super astra Capram.
Mercurium quæ cum reliquis, Martemque imitatur,
Totus at Heniochus flectere donat Equos
Stare leui curru, moderari frena, quadrigas,
Tali Bellephoron sydere natus erat;
Sub tali ac inuectus Equis Salmoneus Ortus
Fulminea audebat fingere Tela Iouis.

IORDANIS FLVVIVS.

HEniochum contrà, Geminos ſuper eminet amnis
Sub pedibus maior quem premit Vrſa nouum;
Progrediturque tumens vſque ad confinia caudæ,
Ac Bereniceam conſpicit antè Comam.
Hunc Fluuium voluere autem appellare recentes
Iordanem, celebrem quem pia Fama canit.
Quique ad radices Libani de fontibus ortum
Binis, tum Ior dan ſumere nomen habens
Iudæam ingreditur Galilleæ in finibus illud
Conſtituens vaſtum ſeù mare, ſiue lacum;
Demùm Aſphaltitis lymphis ſe polluit atris;
Hunc tamen haud monſtrant ſydera noſtra lacum;
His triginta petit Iordanis ſplendere, & vno;
Magnæ Vrſæ ad caudam cui magis ortus erit.

COMA BERENICES.

INter crura Helicis ſiſtentem, eademque Bootis
Cauda Leonis habet de Berenice Comam
Ex Ptholomeorum hæc fuerat de ſtirpe coacta
Euer nempè Getæ nubere ſponſa Fratri;
Quo bellante Aſiam contrà, ſi fortè rediret
Incolumis Veneri vōuerat illa Comam.
Hanc ideò abſciſſam ſacrauit Fratre reuerſo
In Templo Veneris; viſa nec indè fuit;
Irato vndè Conon voluit ſuadere Monarchæ
Aſtronomus ſuperos hanc petuſſe Lares.

Oſten-

Oſtendens vacua effigie ſeptena Leonis
Aſtra ſuprà caudam, quæ ſtatuere Comam.
Fœminei an Crines iſti dominantur in altas
Caudas, & faciunt præcipitare Comam?
Iuncta, aut oppoſita hos Phœboſi Luna videbit
Crines in nato lumina læſa vetat.

DODE-

DODECATEMORION

SIVE DVODECIM

ASTERISMI ZODIACI.

ARIES.

DVx olim Signorum Aries ceruice Trigonum,
Cetum ſub pedibus, vincla ſed ante tenet
Conuertit caput ad Taurum, Vectorque putatur
Frixi, belleſque fratrum per vada ſalſa Maris,
Hi facti inſani à Bacho dùm auferre Nouercam
Tentarent, ibant per nemus omne vagi;
Nebula, ſeù nubes genitrix miſerata vagantes
Arietis impoſuit tergus vtrumque ſuprà,
Quo veluti rate conducti ſulcare profundam
Dum Pelagus vellent, virgo timore ruit;
Hinc Helleſpontus Mare dictum à Virgine merſa,
Phrixus ſed petiit Colchica Regna puer.
Ductuſque ad Regem Aetem, ſacrauit eundem
Vectorem, ac eius Pellis oblata Duci.
Aurea quæ fulgens meruit Cuſtode Dracone
Ad captum Heroes tot ſtimulare ſuum.
Indè Aries cœlum petijt, quo tempore monſtrans
Frumentum poſſet, nube volente, ſeri.
Quamuis hic Aries alijs credaturis eſſe,
Qui ſocijs Bachi ſignificauit aquas.
Liber enim ducens Aphricæ deſerta Cohortes
Per loca, erat vexans irrequieta ſitis,

Fortè

Fortè Aries viſus fugiens monſtrauit aquarum
Militibus laſſis dona petita fuga;
Bachus eum Iouis Ammonis cognomine dixit,
Fanumque extruxit, Lympha vbi viſa fuit.
Dux Aries & aquæ optatæ ſupra aſtra volauit,
Vt Dux aſtrorum tempore quoque micet.
Aſtris viginti exultat formatus, eorum
Clara magis cornu bina in vtroque ſedent.
Non multum eſt ſplendens Aries dicebat amicus,
Aurea quod nobis vellera liquit Humi;
Nunc minimè Aſtronomis ſignorũ eſt norma, metrumq;
Antiquè tangens æquidiale vt erat;
Vix Martis domus eſt, ac exaltatio Solis
Nempè Aries primi Mobilis iſta tenet;
Hicque Aries Firmamenti ferè totus abiuit
In Tauri ſignum, cætera ſicque meant.
In capite eiuſdem ſtellæ ſunt Martiæ, itemque
Saturni, vt Martis poſteriore pede
Non contenta ſuo remanere at pectora cenſu
Inclinans Aries per Mare donat iter.

TAVRVS.

DImidiatum iſtud monſtrũ nũ Taurus habendum,
An Vacca, eſt dubium; poſteriora latent.
Taurus erit verùm potiùs, ſub imagine cuius
Iuppiter Europam trans vada ſalſa tulit;
Pulchra Puella Soror Cadmi, ſata Agenore ludens
Templo Æſclapij erat, ſydonioque ſolo;
Quæ Taurum ſpectans ſeu Iuppiter eſſet, ab iſto
Numine ſeu miſſus, plaudere cepit ouans;

Cor-

Cornua circumdans sertis, in tergora saltans
Paulatim littus regia Virgo petens,
Tunc celer in Pelagus Taurus se iecit, ad oras
Appulit & Cretæ pondera chara ferens
Iuppiter Europæ vestem, Zonámque recinxit,
Vectorem ac Taurum scandere in astra dedit,
Qui non censendus fuerit, cui turpiter aluum
Pasiphaem Vates supposuisse ferunt;
Ex quo concubitu Veneris monimenta nefandæ
Minotaurus atrox surgere visus erat.
Taurus at est dictus, benè quinquaginta refulgens
Atque tribus stellis, queis micat vna magis,
Quæ Pallilitium, aut oculus vocitata siniſter
Martia Regalis dat violenta pati;
Tauri sed fulgent Hyades in fronte putatæ
Imbriferæ, in dorso Pleiades atque sedent.
Nutrices Hyades Bachi, Dodonides vltrà
Nymphæ appellatæ complacuere Ioui,
Cùmque fuga Thebas peterent Iunonis ob iram,
Surgere eas miseras iussit in astra Tonans.
Ex Atlante autem, Genitrice ac Pleione natæ
Pleiades existunt, Vergiliasque vocant.
Tresque Iouis, binæ Neptuni amplexibus vsæ
Martis & vna fuit, visæ ideòque nitent.
Septima non splendet, quia nulli iuncta Deorum,
Dant cunctis dotes Cinthia, Marsque suas.
Ad Bachum, ac Venerem inclinant, petulantia donant
Mordaci risus quæ sale corda mouent.
Immundos agitare greges Hyadesque mouebunt
Pectora conficiunt seditiosa nimis;
Sunt Veneris reliquæ stellæ, hinc Citherea tuetur
Taurum, vt Lanigerum Pallas amare solet.

Hic

Hic Taurus Veneris domus, exaltatio Lunæ
Terreus an ſtabit, collaque forſam amat?
Poplite ſtans vtique is ſuprà æquidiale ſupernè
Cornubus Heniochum, ſubque Oriona petit.

GEMINI.

CAlcantes Gemini dextram, quam tollit Orion
Pollux, & Caſtor ſunt in amore fratres,
Namque Ariadnæo dum Caſtor in oppido obiret,
Mortali quoniam ſemine cretus erat;
Cecropij obſeſſam premerent quo tempore Spartam,
Haud fratris Pollux triſtia Fata tulit,
Permiſſuque Iouis voluit concedere amato
Dimidium vitæ ductus amore ſuæ.
Hinc immortales alternis ambo diebus,
Creditur alterno quiſque micare die;
Quare iſti Gemini Alcides, & pulcher Apollo
Non benè creduntur, iam tenuere locum.
Stella licet violenta caput dicta Herculis vrget,
Nam quoque Pollucis dicitur iſta caput;
Martis naturam referens, velut altera Apollo,
Seù meliùs Caſtor Mercurialis ineſt.
Hi triginta tria at Gemini cum ſydera monſtrent,
Dictum Pollucis dat violenta caput;
Saturnus femori inſiſtit, ſtilbonque, Venuſque
In pedibus reſident, ſtella vbi nota piopus.
Aerei bi Gemini an ſiſtunt, domus atque putandi
Mercurij, ac ſupra brachia iura tenent?
Ad ſtudia impellunt legis, ſublimia corda
Ingenia ac dulci tinctu lepore creant.

CAN-

CANCER.

AD Geminos Cancer gradiens ſpatium occupat illic,
In propria oſtentans vix ſtatione locum.
Iſte Nouercalem vt Iunonis proderet iram
Herculis arripuit mordicus ore pedem,
Hydram dùm clauà premeret fortiſſimus Heros
Lernæum ad Fontem, qui pede triuit eum.
Occiſum Cancrum Iuno ſuper aſtra locauit
Quadraginta vno ſydere conſpicuum;
Quorum ſunt Aſini bini ad Præſepe notandi
In medio vt gyrus pectore quod reſidet.
Circà Aſinos fertur, quod cùm Dodonia Bacchus
Inſanus peteret Templa vetuſta Iouis
Vt reſponſa ferat, vicina ex imbribus ortis
Tranſire haud poterat per loca aperta miſer.
Bini Aſini huic facti contrà, tranſiuit ab vno
Vectus, & ad mentem redditus indè fuit;
Alter eorum autem membro contendere longo
Cùm Priapo humana voce ſuperbus habens,
A Priapo occiſus manſit, ſed vterque Tonantis
Iuſſu Aſinus Cœli quiuit adire Lares;
Ni dicamus item, in Titanes quando Gigantes
Cùm reliquis gereret Iuppiter arma Deis,
Illos eſſe Aſinos Bachum, Satyroſque vehentes,
Sileno ſque, truci qui intonuere ſono;
Vndè hoſtes magni tremefacti à voce Aſinorum
Diffugere, Aſini ſed petiere Polum.
At quicumque Aſini hi fuerint Præſepe colentes.
Dotes Mars Phœbus, dant ibi, Luna ſuas.

Hinc

Hinc etiam imbriferum Tempus, tum fuſca minantur
Lumina, quæ in Cancro ſunt tenebroſa ſimul.
An Domus is Lunæ, Iouis exaltatio fulget,
Pectoribus præeſt, tum dominatur aquis?
Deficient artus ſub taliſydere obortis,
Ac Geminam mortem triſtia Fata dabunt.
Hæc Bizantino ſuccedent Fata Tyranno,
Imperium cuius Cancer aquoſus habet,
Cuius & Imperij Sedes Vrbs ſubdita Cancro
Per mare, per terram Fata duplata tremet.
Sique domus Lunæ fulgere hucuſque valebat,
Totalem Ecclipſim nunc pauitare poteſt.
Imperij Veneti prima Vrbs licèt obſita Cancro
Lunæ Othomanæ ardet contenebrare decus.
Leucate ab eximia incipiens, quæ Sancta vocatur
Maura, vt ea Ecclypſim Luna Othomana luat.
Vrbs Venetum quiàm non Cancrum veneratur, vt eſſet
Sola domus Lunæ, quam temerare cupit.
Sed magis oſtentans alatum in corde Leonem
Per mare, perque ſolum ferre Trophæa petit.
Vt Iouis in Roma ſacri exaltatio Cancer
Sit ſuprà Lunæ cornua Lege, Fide.

LEO.

TOtus penè Leo maiori ſtare ſub Vrſa
Apparet iactans de Berenice Comam.
Præcipitem in Nemeam Syluam cecidiſſe canebat
Hunc fortem ex Lunæ fabula priſca Globo;
Seù nutritus apud Lunam Iunone volente
Arcadiæ in Nemea poſt regione ſtetit;

Miſſus

Missus ad interitum Alcidis fuit ipse necatus
Claua, quam gestans ante Molorchus erat.
Herculis iste labor primus, quare Ensis eidem
Claua, Feræ scutum pellis amictus erat;
Victus Iunonis iussu super astra volauit
Maximus effulgens signa per alta Leo.
Stellas quadraginta quinque ostendere visus
Primæ vnam molis cauda retorta tenet.
Saturnum, ac Venerem venerans, velut Ilia & ille;
Saturni, & Martis sed caput esse cupit.
Regulus, aut melius Basiliscus, cor que Leonis
Præcipua in medio pectore stella micat.
Cùm Sole in medio Cœli aut Horoscopo honores
Dans nato hoc Martis sydus, itemque Iouis.
An Leo sola domus Solis, siccusque, calensque
Subscapulis residet Romulidasque regit?
Iuppiter aut cùm Matre Deum regit ipse Leonem
Cancrum vt Mercurius, Phœbes item Gemino?
Subditus huic astro plures, quas caperit hæres
Non legabit opes, dira Cupido vetat.
Imò Epulas inter Funus, pretiumque sepulchri
Vult reuocare, famis sic malesuada iubet.

VIRGO.

QVà protensa micant vestigia summa Bootis
Extensa in longum subdita Virgo iacet;
Multi multa ferunt eius natalia suprà;
Num Iouis, ac Themidis filia habenda foret?
Aut potiùs nata Astræi, Auroræque putanda
Aurea sæcla Hominum cùm viguere vigens,

Vincula cognouit poſtquàm fregiſſe Viennam
Obſeſſam à Turcis Induperator ouans.
Auſtriaca quia Sarmaticis potuere Phalanges
Iunctæ Turcarum fundere corda, Ducem;
Quiſque ſuũ officium exequitur, de Thrace Triumphos
Incipit ex propria parte referre nouos.
Sic Leopoldus ouans reſidens ſub pondere Libræ
Stat Iudex vitæ in Thracibus, atque necis.
Aggredi eum Heroem primò qui auſere Tonanti
Dilectum, ac eius perdere Metropolim.

Sed

Sed pulsi, victi Imperio titubante, coacti
Flere Vrbes captas, tum capienda tremant.
Musicus est iste Imperator, prælia abhorrens,
Dicebat salso Scommate Turca ferox.
Ignorans dilecta Diis quod musica quondam
Credita nequicquam belligerare negat.
Magnus Alexander fuerat sic musica abactus
Timothei, vt furians sumeret arma celer;
Musicus ac quamuis celebratur Apollo sagittis
Pithonem horrendum sternit, eumque necat.

SCORPIVS.

POstquàm composuit Libram, vt voluere vetusti
Scorpius anterius, brachia tensa tenens.
Subditus his manet Anguifer, Tropicumq; Hyemalem
Transgreditur cauda, proxima vt Ara docet;
Scorpius hic fertur, voluit quem Oriona contrà
Plurima iactantem gignere Terra parens.
Vndè pedem huius mordens Venatoris acuta
Cauda prostrauit cuncta Trophæa viri;
Occisum miserum linquens, qui inferre Dianæ
Vim quoque credebat, temnere siue Deam.
Iuppiter admirans Insectum forte, supernas
Detulit in sedes, vt documentum Homini
Nè sibi confidat nimium; triginta sed Astris
Quinque exornatus Scorpius iste fuit;
Quorum præcipuum cor dictum Scorpij habendum,
Antares aut aliter, Regia stella nitet;
Martis, itemque Iouis naturæ, at aculeus eius
Mercurij, & Martis dona perampla refert;

Cor violentum Astrum violenta Horoscopo adumbrat
Supposita Astrologis conditione pari.
Si quis erit nascens cùm surgunt lumina cauda
Augebit Terras Vrbibus, & Domibus.
Aut contrà positas Vrbes prosternere quibit,
Mutabitque potens Oppida in arua simul.
Scorpius an Domus est Martis, depressio Luna,
Temperieque aquea regnat in inguinibus?
An sub tutela Martis, Vulcania Libra
Vt fertur, Cereris Virgoque spicifera;
Annè aquei sub dominio residere Trigoni
Iam Maumetanum gestijt Imperium?
Nunc dominante sub ignito est depressio Luna,
Tollitur ac suprà cùm Ioue Phœbus eam.

SAGITTARIVS.

ARcitenens oritur dum Scorpio scandit, Orion
Occidit, eius habent Pauo, senexque pedes;
In regione manet signi huius circulus imus
Zodiaci nimium crura & equina cadunt.
Mobilis hic primi Capricornum nam occupat, vrgens
Ceruice Antinoum, lactis itemque viam;
An sit centaurus dubium, namque esse Sagittis
Centauros vsos Fama vetusta negat,
Cruribus his autem, & cauda cur fictus Equinis
Apparet; forsan creditur esse Crotus.
Filius Euphemes Musarum nempè nutricis,
Qui in claro tenuit Monte Helicone Domum.
Ludere cum Musis solitus, studioque peritus
Venatus currens per nemus omne celer.

Pro

Pro bino hoc ſtudio à magno petiere Tonante
Muſæ, vt in Aſtrorum ſurgeret iſte Lares.
Iuppiter hinc opera eiuſdem dum corpore vellet
Tam diuerſa vnoſignificare viri.
Crura fuit largitus Equi, quod eo vſus, itèmque
Pro celeri ingenio tela notata dedit.
Syderibus ſplendens ideò triginta duobus,
Ex arcu eſt telum pellere viſus adhuc.
Martia, Lunaris cuſpis, Iouialis at areus
Saturnum, ac Venerem cauda propinqua colit.
An Domus iſte Iouis Femori dominatur vtrique,
Igneus ac habitus tela gelata iacit?
An naſcens poterit belli cumulare Triumphos,
Poſteà quos perdens Anibal alter erit?
Buda ſub Arcitenente iacens ità Thracibus olim
Præda manens victos tempore perdet eos.
Sub tali ſigno influxum num Hyſpania ſiſtens
Hunc varium fuerit concelebranda pati?
Catholicæ pietatis opus ſua Regna tuetur,
Rege ſub innocuo, creſcere viſa parum
Carolus Auſtriacus nunc alter Scipio in Afros,
Ac Turcas forſan factus adultus erit.

CAPRICORNVS.

Æ Goceros Græcè, Capricornus ſiue Latinè
Ad notium Piſcem proiicit vſque pedes;
Capræ Nutricis celebratur hic eſſe Tonantis
Natus, cumque ipſo tunc educatus Humi;
Aſt alij referunt quod cùm Comitiuio in Oris
Ægypti adſtarent Numina læta ſimul.

Ecce ſuperuenit Titanum fortè Typhæus
Maximus, illorum qui ferus hoſtis erat;
Dijque Deæque omnes pauidi variare Figuras
Ceperunt, volucris factus Apollo ſtetit;
Tum Merulæ formam ſumpſit formoſa Diana,
Mercuriuſque ſagax Ibidis ora tulit.
Mutarunt alij in diuerſa animalia formam,
Niliaci quæ ideò ſacro in honore tenent.
Pan verò eſt factus, dum ſe ieciſſet in vndas,
Piſcis poſteriùs, anteriuſque Caper.
Poſt diſceſſum hoſtis lætis hæc forma Cachinnis
Vnitos valuit ſic cumulare Deos,
In ſignum tanti riſus vt talis Imago
Scanderet exultans Aſtra iubente Ioue.
Triginta quinque ac Aſtris decorata remanſit,
Sed Venerem, & Martem cornua bina colunt:
Mercurius, Mars in pedibus, tum ventre refulgent;
Saturnum Piſcis cauda, Iouemque colit;
Saturni domus an micat, exaltatio Martis,
Imperat ac genibus terreus iſte Caper.
Dura miniſteria inſinuat diſcrimen inertis
Tum vitæ in Ponto, militiamque notat
Thraciaquid dudum furiales concoquis ignes?
Dura hæc expecta ſubdita tota Capro.

AQVARIVS.

INſidet extremis Capricorni hic Aquarius, vſque
Ceruicem ad primi & vertice ſurgit Equi.
Tùm latere in dextro micat vrna effundere viſa
Lympham, quæ notij Piſcis in ora cadit.

Filius

Filius hic multis Ganimedes Troiis habetur
Regis, qui nimiùm pulcher Ephæbus erat.
Quem quoque venantem rapuit Iouis armiger Ida
Ex Monte, atque tulit munera tanta Deo;
Illius vndè citò factus Pincerna refertur,
Quiret vt Ambrosiæ pocula sacra dare;
Hebes, nempè vice, incautè quæ decta ministrans
Nectarea effusit lapsa Puella pede,
Ostenditque cadens muliebria claustra pudoris;
Mouerunt risum quæ reserata Diis.
Deucalion verò hic nonnullis fusor aquarum
Cùm Pirrha aufugiens Coniuge fertur aquas;
Quarè Ethra demùm cùm Vxore in Monte relictus,
Submersum dum hominum crederet esse Genus;
Diuorum monitu lapides post terga repertos
Cùm iacerent ambo vir, mulierque simul;
Surgebant homines iactu, tum fœminæ ab illo,
Pirrha istas fecit, Deucalionque viros.
Quicumque at fuerit rutilans hic fusor aquarum
Quadraginta nouem sydera totus habet.
Quorum præcipuum fomahant os Piscis ad Austrum
Corripiens Venerem, Mercuriumque colit,
Immortale Sato iactans promittere nomen,
Cætera Saturnum, Mercuriumque teneut.
Saturni Annè Domus collucet Aquarius iste
Aereæ crasis, cruraque bina regit?
Nascenti insinuat probitatem, sanctaque iura,
Ac mores castos, qui in Ganimede launt.

PISCES.

SVnt Gemini tandem Piſces, quorũ alter ad Auſtrum
Tendens vrnæ imas quærere fingit aquas.
Alter at in Boream ſurgens nimis, vſquè catenam
Ad latera Andromedæ tangere & ore cupit.
Vinclum ſed Piſcem longinquum nectit vtrumque;
Cui ſuprà Ceti vertice nodus ineſt.
Incolæ ei Piſces dùm Euphratis fluminis eſſent
Inuenere ouum nobile grande nimis
Voluentes & idem in terram iecere, Columba
Cùi ſuper inſedit, fœmina & orta fuit.
Poſt aliquos hoc nempè dies excluſit honeſtam
Quam Syria eloquitur lingua Deam Venerem,
Plurima quæ inueniens hominum ſuprà vtile, in ipſos
Officioſa, erga Religioſa Deos
Commendata Ioui à Stilbone accepit ab ipſo
Zodiaci vt Piſces ſigna replere queant;
Quod fuerit ſeruata per iſtos propria origo,
Aſt alia eſt aliis Fabula docta placens.
Nempè quod aufugiens coniuncta Cupidine in illis
Finibus Ægypti fortè Typhœa Venus;
Victa metu Euphratem in fluuium ſe iecit Amore,
Vertere & in Piſces ſe voluere duos.
Hinc Syriis ſeruatus bonos ſit Piſcibus iſtis,
Quandò edere hos ſacra Religione pauent;
Quicumque at fuerint translati ad ſydera Piſces,
Hi triginta nouem ſydera habere volunt,
Mercurÿ, ac Martis ſtat nodi lucida, vinclum
Saturnum, atque Iouem ſed Boreale colit.

Mer-

Mercurium quoque tùm Saturnum Auſtrale, vtriuſq;
Errones dicti corpora Piſcis habent.
Suntne Iouis Domus, exaltatio ſumma Dionis,
Atque aquei pedibus iura verenda dabunt?
An Partes veluti Triuia Arcitenentis Equinas
Venatoris amat, Veſtaque diua Caprum,
Effigiem ac Iuno tuatur Aquarij, eoſdem
Neptunus Piſces ſic coluiſſe velit?
Garrulitas odioſa datur tùm lingua per iſtos
Virulenta nimis, verba maligna ſatis.
Piſcibus his Momus ſubiectus quiſque, ſuo hoſti
Sponte trucidati Fata Lycambis auet.

ASTERISM

AVSTRALES.

CETVS.

CEtus ſub nodo, vinclis, tum Piſcibus adſtans
Vrnigeri cauda tangere monſtrat aquas,
Neptuni iuſſu Monſtrum hoc inuaſerat olim
Arua, Armenta, Ingens, Æthiopumque Lares;
Andromeda quærens aluum ſatiare, quod auſa
Spernere ſit Pelagus Caſſiopæa Deas;
Perſeus at natam expoſitam defendit ab iſto,
Reddidit & ſaxum Gorgonis ora videns;
Ipſius Andromedam Ponto, cœloque ſequentis
Viginti octo Aſtris corpus in alta micat,
Quæ Saturnina inclinant armare profundum,
Retibus, ac Piſces illaqueare Maris.
Tùm magnas donant etiam cumulare Salinas,
Canities Ponti quas benè cocta facit.

ERIDANVS.

AD Rigel incipiens ſub Tauro ad guttura Ceti
Curuatur Fluuius creditus eſſe Padus.
Inter Phœnicem, ac Hydrum quoque deſinit Aſtrô
Primæ idem molis torta fluenta gerens.
Eſt nempè Eridanus caſu celebratus ab alto,
Submerſum Vates quo Phaetonta canunt.

Audax

Audax iſte Satus Clymenes, Solisque Patermum
Dum tentat, currum ſcandere, Equoſque regit;
Abreptus nimis incautus per deuia Soſſor
Incendens Orbem lampade Solis erat.
Iuppiter è curru deiecit fulmine eundem,
Qui citò in Eridani præcipitauit aquas.
Flumen at audacis tumulus ſuper aſtra figuram
Quadraginta Aſtris ſex meruiſſe poteſt.
Quæ Saturnina exiſtunt, Iouiale ſed illud
In Fluuij apparens ſine tenere locum.
Quod multum effulgens nonnullis ſtella Canopus
Dictum non eadem fulget vt illa ratis;
Sed quia Nilus erat fluuius reputatus ab auſtri
Partibus aduenies, ſic ea dicta fuit.
Subditus huic Aſtro pauoat tranſire fluenta,
Atque natare, in eis ne tumultetur aquis.

ORION.

AD Geminos dextram extollens quaſſat cornua Tauri
Verberat Orion, Heniochumque ſuprà,
Cruribus ac Leporem tangens ſtat Militis inſtar
Armatus rutilo Baltheo, & Enſe minax.
Inſolita ex putri vrina natalia iactat,
Quæ tamen à trino Numine ſparſa fuit;
Namque Iouem cùm Mercurio, Pelagusque Monarcha
Hoſpes Hyreus Thebis dum bonus exciperet.
Mactaretque Bouem, nè indignus prole maneret,
Fulſit ab his ipſi gratia facta Dÿs;
Semine qui proprio, aut vrina, vt Fabula narrat
Mactati corium ſponte replere Bouis.

Mer-

Mercurij iussu quo post tellure sepulto
Mensibus exactis prodijt inde Puer;
Qui primò Vrian, melius post dictus Orion
Tempore Venator per nemus omne fuit;
Iunctus amicitiæ in Creta tum fortè Diana,
Iactabat quamuis sternere mille Feram,
Donec ab irata productus Scorpio terra
Audacem cauda vulnere vicit atrox;
Ni potiùs credendus amans, ac prorsùs amatus?
A Triuia, vt tali nuberet ille viro,
Quod malè Apollo ferens, dum fortè nataret Orion;
Ac capite obscurum quid simularet aquis
Percuti id astutè nigrum non posse Diana
Aiebat telo; tunc Dea tela iacit.
Atque caput nigrum simulans trajecit amatæ,
Errore ac viso misit in astra virum.
Sexaginta tribus charum decorauit & astris,
Quorum trina micans cingulus ejus habet;
Tum Rigel est nimium fulgens in crure sinistro,
Saturni dotes cuncta, Iouisque tenent.
Mercurij, Martisque humeri virtutibus ardent
Præcipuè in dextro stella coruscа sedet.
Solertes animos, velocia corpora Orion
Donat magnilocos ambitione viros.
Ipsius ac iugulum iugula à quo dictus in ortu
Inclinat cunctis per nemus ire Satum;
Scindere mendaces foueas, laqueosque tenaces,
Prædarique Feras, Piscibus immò frui.

LEPVS

LEPVS.

INter vtrumque pedem Orionis ſtare videtur
Vitantis Leporis parua figura Canem.
Apparet tamen indignum, quòd fortis in iſtam
Venator mittat Tela, Caneſque Feram:
Nec benè Callimachus dixit quod pulchra Diana
Venetur Lepores, ſanguine læta manens.
Hinc fertur Lepores quod cum Lero in Inſula abeſſent,
A Iuuene eſt prægnans Fœmina lata Lepus.
Quæ pariens nutrita alios ſtimulauit ad iſtud
Vt vellet Lepores quiſque nutrire loci;
Ex altis iſtis Leporum ſic copia creuit,
Inſula vt his brutis tota referta foret,
Quæ cùm deſtruerent fruges, & fœmina, cæpit
Opprimere indigenas tunc mæleſuada fames.
Conſilioque Vrbis vix hæc Animalia abacta,
Cæli horum at petiit forma puſilla Lares;
Vt diſcant homines nihil eſſe optabile, ternant
Quod primò lætum, poſteà triſte luant;
Aſtra Lepus tredecim ſed Mercurialia iactat,
Queis celeri nati membra vigore replet.
Vix alas natura negat, victorque micabit
In ſtadio, & ſaltu, ludet itemque Pila.

CANIS MAIOR.

SCindetur à Tropico Capricorni, & lactea adhærat
Semitæ, eadem cauda comprimit vſque ratem

Iſte

Iſte Canis maior, qui Orionis creditus Vni
Cornis ſub medio ventre patente iacet.
Egregij venatoris Canis eſſe putatur
Perſequi auens cunctas per nemus omne Feras.
Icarij aſt alijs Canis eſſe refertur habentis
Vtribus inplauſtro vina locata ſuis.
Queis bibitis ebrij Paſtores eſſe putantes
Virus exanimem deſeruere ſenem,
Quem nata Erigones quærens, medianteque Mera,
Nempè Cane hoc dicto Fata paterna videns,
Sponte ibi ſe laqueo voluit ſuſpendere, Diuum
Indè omnes nutu tres petiere Polum.
Virginis ac ſignum Erigones, Genitorque Bootes,
Iſque Canis propriis enituere locis.
Aſtra decem atq; nouem Canis hac in imagine fulgent
Prima vnum quorum molis in ore ſedet;
Syrius at fertur, latranſque Canicula flammis
Phœbeas faciens ingeminare faces.
Natis effranes animos, violentaque fingit,
Pectora, & irarum fluctus ad omne rapit.
Mordica lingua latrat, nec magnis concita cauſis
Corda ardent, animus ſemper in ore ſedet.
Syrius eſt etenim Martis, Iouis atque miniſtrans
Influxum, Venerem cætera at Aſtra colunt.

ANTECANIS, SEV PROCYON.

ANtecanis, Canis atq; minor, Procyonq; vocatur,
Quem ſub Cancro atrox innuit Hydra ſequi.
Syrius haud rectè, latranſque Canicula fertur;
Maioris nec ei nomina danda Canis.

Ob sexum, & molem bene forte Canicula oblata
Europæ vt Custos Angue iubente Ioue;
Quam Minos post accepit, donataque mansit
Procridi vt huic esset munere pro Medico,
Vir Procridis Cephalus tandem possedit eandem,
Quæ Fato quodam nescia mortis erat;
Hinc ad Thebanam Vulpem est conducta, molestam
Agris, cui dederant Fata nequire mori.
Iuppiter at pugnam Fatorum prorsus abhorrens,
In lapidem Vulpem, vertit in Astra Canem.
Queis micat vndenis, quamuis sint bina vetustis,
In femore at Procyon nobile sydus habet.
Quod Venerem referens Catulos nutrire sagaces
Donat, venatus armaque amare simul.
Conficere in proprios pariter venalia quæstus
Retia, Tela Satos tum fabricare docet.

VNICORNIS.

Monoceros Græca, Vni at Cornis voce Latina
Sub collo cernens Equidiale means
Maiorem sub ventre Canem, supraque minorem
Dorsum habet, & cauda vela propinqua Ratis.
Temonis calcat pede posteriore suprema,
Antè ipsum Orion, Lactea stat que Via.
Creditur in terris Animal ostendere Equinam
Formam Apri cauda, Cerui & habere caput.
Atque pedes Elephanti instar monstrare, celerque
Currere, tum cornu fronte tenere nigrum.
Longo à quo binis cubitis ac vno in acutum
Tendente id Brutum nobile nomen habet.

Pluribus hoc quamuis credatur Fabula; & eius
Cornua diuerſæ ſint reputanda Feræ;
Crediderim potius dubium, manſueta quod iſta
Virgineo recubans ſit Fera facta ſinu.
Cornua ſanè eius pretioſa putanda veneno,
Eiuſdemque recens Aſtra Figura meret;
Vigintique tribus nouitèr decorata Pyropis
In Virus Vires donat habere Satis.

ARGO NAVIS.

POſt Canis ingentis caudam ſeſe exhibet Argo
Nauis, vaſta aliis Arca vocata Noe;
Prora Centauri caudam, cor tangit & Hydræ
Malo, remum auſtri circulus vſque colit.
Quàm benè ſplendeſcit monumentum Theſſali honoris,
Iaſonis memorans Inclita Geſta Ducis.
Qui ſuprà bano ſocijs fuerat comitantibus Heros
Quinquaginta ſedens, Colchica Regna petens;
Velleris aurati vt fieret Poſſeſſor, at ipſa
Argo ex Argolico ſic vocitata Duce
Argolicq & paritèr comitatu Nauis onuſta,
Quæ dorſum valuit frangere prima Maris
Aſtra Iouis pètijt iuſſu, ſuprà ætheris iſtis
Quinquaginta micans ſex celebrata Lares.
Inter quæ primum fulgorem ſtella Canopus
In temone ſedens obtinet Alma Ratis.
Quæ Rhodi Horizontem radit, ſeù ſtringit, in Vrbe
Dicta ab Alexandro ſurgere viſa parum.
Cùm reliquis rutilis Saturni hæc ſtella, Iouiſque
Naturam referens dat meliora Sato,

Qui

Qui Rector puppis, clauoque immobilis haereni
Fortuna Typhim vincere posset aquis.

ROBVR CAROLINVM.

POst violenta Pudi Genitoris Fata, patrare
Qua non erubuit subdita iniqua manus.
Insidias fugiens Cromuelis Carolus hostis
Sub Latebris valuit Roboris esse latens.
Commiserans Casum Nemesis tunc iusta Monarcha
Indignum, hac profuga vaticinata fuit:
Ergone Roboreo specu in hoc quasi carcere pressum
Perdere te afflictum subditus hostis auet?
Ac veluti facinus patrasses Robore dignum
Clausum in Robusto carcere se interimet?
Absit, vt id patiar: Robusto carcere dignus,
Supplicioque tibi quisque Rebellis erit.
Qui Patris in Caput est ausus saeuire, Stuardam
Regalem, antiquam tum maculare Domum.
Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti
Robore perdigno tristia Fata luent.
Tu ne cede malis, à Gallo Marte salutis
Pandetur quouis Tempore prima via.
Magnanimus nil curabit qui damna vetusta
Gallico ab Anglo olim Rege relata sola.
Teque iterùm solium calcantem iurè Paternum
Hostibus attritis Anglia tota colet;
Siquè Ioui sacra quercus erat, quia norma salutis,
Seruanti ac Ciuem Querna Corona data;
Robur & istud erit gratum, quod ab hoste rebelli
Seruata hoc Regis vita, decusque manent;

Immò eius meritò translata ad sydera stabit
Vindicis vt signum forma reperta Dei.
Dixit, & his verbis effectus indè secutos
Fatidicis nimium quisque sub Orbe stupet.
Edmundusque sagax Halleius fortè Figuras
Australes recolens doctus vt Astronomus,
Robur id inuenit Carolinum quinquè bis Astris
Formatum; ac Mundo talia nota dedit;
Quæ noua forma Satos miseros sub flore iuuentæ
Pluris Ærumnas perpeti ab hoste notat;
Quas tamen aduersus constantes Roboris instar
Victores Palmam tempore ab hoste ferent.

HYDRA.

POst caudam Procyon tollit caput Hydra, vagatur
Quæ bene Signorum per loca vasta trium.
Qualia sunt Cancer, Leo, Virgo, videtur & eius
Centauri supra cauda manere caput.
Craterem dorso & gestat, Coruumque loquacem
Cauda, horumquè trium Fabula iuncta patet.
Coruus stans quondam tutus sub Apolline, missus
Ad Fontem hauriret poculo vt amnis aquas,
Fortuitò ille videns grandes super arbore ficus,
Quò illæ maturæ, constitit, vsque forent.
Distulit ac Lympham profacro ferre, peregit
Postremò quod aqua pulcher Apollo, noua
Impleuit postquàm ficorum copia ventrem
Corui, is tentauit sumere fontis aquas,
Fortè ibi præsenti miser autem territus Hydra
Craterem vacuum pertulit iste Deo.

Qui

Qui noſcens peccaſſe gula ipſum reddidit atrum;
Ficorum vetuit tempore aquiſque frui.
Peccati ſic dans pœnas ſuper æthera iuſſus
Cùm Crátere ſimul ſcandere, Hydraque fuit.
Hydraque eum terrens ab aqua haud Lernæa vocanda,
Fregit cui Altidis Claua tremenda Caput;
Herculea cùm Hydra nàm quæ connexio Corui,
Crateriſque manet? Vera ſit ergò prior.
Quadraginta nouem Saturni hęc Aſtra, Dionis
Iactat, cor rutilans queis magè ſplendet Hydræ.
Non fugiet natus cognati ſyderis Angues
Palpare hos potiùs, ludere eiſque ſolet.

CRATER.

CRateris non vna micat narratio, talem
Imò nouam potiùs Fabula priſca docet;
Plegonta regnans cùm Demophon eſſet in Vrbe,
Peſtis in hos fines ſæuiit abſque modo.
Pro peſte arcenda conſultus Apollo, quotannis
Reſpondit, Virgo ſacrificanda foret;
Cunctorum natas Rex miſſa ſorte necabat,
Ac proprias ſeruans flere ſinebat eos.
Indoluit natam Mathuſius indè ſacrare,
In ſortem natæ ni quoque Regis eant.
Demophon iratus ſacrat hanc ſinè ſorte Puellam,
Iniuſtum Genitor diſſimulauit opus.
Prorsus amicitiam fingens ad nobile Sacrum
Regem cùm natis prouocat immò ſuis.
Antèque eas miſſas ad ſacrum interficit audax,
Cùm vino ipſarum ſanguine vaſque replet.

PISCES.

Sunt Gemini tandem Pisces, quorũ alter ad Austrum
Tendens vrnæ imas quærere fingit aquas.
Alter at in Boream surgens nimis, vsque catenam
Ad latera Andromedæ tangere & ore cupit.
Vinclum sed Piscem longinquum nectit vtrumque;
Cui suprà Ceti vertice nodus inest.
Incolæ ei Pisces dùm Euphratis fluminis essent
Inuenere ouum nobile grande nimis
Voluentes & idem in terram iecere, Columba
Cui super insedit, fœmina & orta fuit.
Post aliquos hoc nempè dies exclusit honestam
Quam Syria eloquitur lingua Deam Venerem,
Plurima quæ inueniens hominum suprà vtile, in ipsos
Officiosa, erga Religiosa Deos
Commendata Ioui à Stilbone accepit ab ipso
Zodiaci vt Pisces signa replere queant;
Quod fuerit seruata per istos propria origo,
Est alia est aliis Fabula docta placens.
Nempè quod aufugiens coniuncta Cupidine in illis
Finibus Ægypti fortè Tiphæa Venus;
Victa metu Euphratem in fluuium se iecit Amore,
Vertere & in Pisces se voluere duos.
Hinc Syriis seruatus bonos sit Piscibus istis,
Quandò edere hos sacra Religione pauent;
Quicumque at fuerint translati ad sydera Pisces,
Hi triginta nouem sydera habere volunt,
Mercurij, ac Martis stat nodi lucida, vinclum
Saturnum, atque Iouem sed Boreale colit.

Mer-

Mercurium quoque tùm Saturnum Auſtrale, vtriuſq;
Errones dicti corpora Piſcis habent.
Suntne Iouis Domus, exaltatio ſumma Dionis,
Atque aquei pedibus iura verenda dabunt?
An Partes veluti Triuia Arcitenentis Equinas
Venatoris amat, Veſtaque diua Caprum,
Effigiem ac Iuno tuatur Aquarij, eoſdem
Neptunus Piſces ſic coluiſſe velit?
Garrulitas odioſa datur tùm lingua per iſtos
Virulenta nimis, verba maligna ſatis.
Piſcibus his Momus ſubiectus quiſque, ſuo hoſti
Sponte trucidati Fata Lycambis auet.

ASTERISMI AVSTRALES.

CETVS.

CEtus ſub nodo, vinclis, tum Piſcibus adſtans
Vrnigeri cauda tangere monſtrat aquas,
Neptuni iuſſu Monſtrum hoc inuaſerat olim
Arua, Armenta, Ingens, Æthiopumque Lares;
Andromeda quærens aluum ſatiare, quod auſa
Spernere ſit Pelagus Caſſiopæa Deas;
Perſeus at natam expoſitam defendit ab iſto,
Reddidit & ſaxum Gorgonis ora videns;
Ipſius Andromedam Ponto, cœloque ſequentis
Viginti octo Aſtris corpus in alta micat,
Quæ Saturnina inclinant armare profundum,
Retibus, ac Piſces illaqueare Maris.
Tùm magnas donant etiam cumulare Salinas,
Canities Ponti quas benè cocta facit.

ERIDANVS.

AD Rigel incipiens ſub Tauro ad guttura Cetî
Curuatur Fluuius creditus eſſe Padus.
Inter Phœnicem, ac Hydrum quoque deſinit Aſtrô
Primæ idem molis torta fluenta gerens.
Eſt nempè Eridanus caſu celebratus ab alto,
Submerſum Vates quo Phaetonta canunt.

Audax

Audax iſte Satus Clymenes, Soliſque Patermum
Dum tentat, currum ſcandere, Equoſque regit;
Abreptus nimis incautus per deuia Seſſor
Incendens Orbem lampade Solis erat.
Iuppiter è curru deiecit fulmine eundem,
Qui citò in Eridani præcipitauit aquas.
Flumen at audacis tumidus ſuper aſtra figuram
Quadraginta Aſtris ſex meruiſſe poteſt.
Quæ Saturnina exiſtunt, Iouiale ſed illud
In Fluuij apparens ſine tenere locum.
Quod multum effulgens nonnullis ſtella Canopus
Dictum non eadem fulget vt illa ratis;
Sed quia Nilus erat fluuius reputatus ab auſtri
Partibus aduenies, ſic ea dicta fuit.
Subditus huic Aſtro paueat tranſire fluenta,
Atque natare, in eis ne tumultetur aquis.

ORION.

ADGeminos dextram extollens quaſi cornua Tauri
Verberat Orion, Heniochumque ſuprà,
Cruribus ac Leporem tangens ſtat Militis inſtar
Armatus rutilo Baltheo, & Enſe minax.
Inſolita ex putri vrina natalia iactat,
Quæ tamen à trino Numine ſparſa fuit;
Namque Iouem cùm Mercurio, Pelaguſque Monarcha
Hoſpes Hyreus Thebis dum bonus exciperet.
Mactaretque Bouem, nè indignus prole maneret,
Fulſit ab his ipſi gratia facta Dijs;
Semine qui proprio, aut vrina, vt Fabula narrat
Mactati corium ſponte replere Bouis.

Mer-

Mercurij iussu quo post tellure sepulta
Mentibus exactis prodijt inde Puer;
Qui primò Vrion, melius post dictus Orion
Tempore Venator per nemus omne fuit;
Iunctus amicitiæ in Creta tum fortè Dianæ,
Iactabat quamuis sternere velle Feram,
Donec ab irata productus Scorpio terra
Audacem cauda vulnere vicit atrox;
Ni potius credendus amans, ac prorsus amatus?
A Triuia, vt tali nuberet illa viro;
Quod malè Apollo ferens, dum fortè natare tur Orion;
Ac capite obscurum quid simularet aquis
Percuti id astutè nigrum non posse Dianæ
Aiebat telo; tum Dea tela iacit.
Atque caput nigrum simulans traiecit amatæ;
Errore ac viso misit in astra virum.
Sexaginta tribus charum decorauit & astris;
Quorum trina micans cingulus eius habet;
Tum Rigel est nimium fulgens in crure sinistro,
Saturni dotes cuncta, Iouisque tenent.
Mercurij, Martisque humeri virtutibus ardent
Præcipuè in dextro stella coruscа sedet.
Solertes animos, velocia corpora Orion
Donat magnilequos ambitione viros.
Ipsius ac iugulum iugula à quo dictus in ortu
Inclinat cœlibus per nemus ire Satum;
Scindere mendaces foueas, laqueosque tenaces,
Prædarique Feras, Piscibus immò frui.

LEPVS

LEPVS.

INter vtrumque pedem Orionis ſtare videtur
Vitantis Leporis parua figura Canem.
Apparet tamen indignum, quòd fortis in iſtam
Venator mittat Tela, Caneſque Feram:
Nec benè Callimachus dixit quod pulchra Diana
Venetur Lepores, ſanguine læta manens.
Hinc fertur Lepores quod cum Lero in Inſula abeſſent,
A Iuuene eſt prægnans Fœmina lata Lepus.
Quæ pariens nutrita alios ſtimulauit ad iſtud
Vt vellet Lepores quiſque nutrire loci;
Ex altis iſtis Leporum ſic copia creuit,
Inſula vt his brutis tota referta foret;
Quæ cùm deſtruerent fruges, & ſemina, cepit
Opprimere indigenas tunc mæleſuada fames.
Conſilioque Vrbis vix hæc Animalia ahacta,
Cæli horum at petiit forma puſilla Lares;
Vt diſcant homines nihil eſſe optabile, cernant
Quod primò lætum, poſteà triſte luant;
Aſtra Lepus tredecim ſed Mercurialia iactat,
Queis celeri nati membra vigore replet.
Vix alas natura negat, victorque micabit
In ſtadio, & ſaltu, ludet iteinque Pila.

CANIS MAIOR.

SCinditur à Tropico Capricorni, & lactea adhæret
Semitæ, idem cauda comprimit vſque ratem

Iſte

Iſte Canis maior, qui Orionis creditus Vni
Cornis ſub media ventre patente iacet.
Egregij venatoris Canis eſſe putatur
Perſequi auens cunctas per nemus omne Feras.
Icarij aſt alijs Canis eſſe refertur habentis
Vtribus inplauſtro vina locata ſuis.
Queis bibitis ebrij Paſtores eſſe putantes
Virus exanimem deſeruere ſenem,
Quem nata Erigones quærens, medianteque Mera,
Nempè Cane hoc dicto Fata paterna videns,
Sponte ibi ſe laqueo voluit ſuſpendere, Diuum
Indè omnes nutu tres petiere Polum.
Virginis ac ſignum Erigones, Genitorque Bootes,
Iſque Canis propriis enituere locis.
Aſtra decem atq; nouem Canis hac in imagine fulgent
Prima vnum quorum molis in ore ſedet;
Syrius ac fertur, latranſque Canicula flammis
Phœbeas faciens ingeminare faces.
Natis effranes animos, violentaque fingit,
Pectora, & irarum fluctus ad omne rapit.
Mordica lingua latrat, nec magnis concita cauſis
Corda ardent, animus ſemper in ore ſedet.
Syrius eſt etenim Martis, Iouis atque miniſtrans
Influxum, Venerem cætera at Aſtra colunt.

ANTECANIS, SEV PROCYON.

ANntecanis, Canis atq; minor, Procyonq; vocatur,
Quem ſub Cancro atrox innuit Hydra ſequi.
Syrius haud rectè, latranſque Canicula fertur;
Maioris nec ei nomina danda Canis.

Obſexùm, & molem benè fortè Canicula oblata
Europæ vt Cuſtos Angue iubente Ioue;
Quam Minos poſt accepit, donataque manſit
Procridi vt huic eſſet munere pro Medico,
Vir Procridis Cephalus tandem poſſedit eandem,
Quæ Fato quodam neſcia mortis erat;
Hinc ad Thebanam Vulpem eſt conducta, moleſtam
Agris, cui dederant Fata nequire mori.
Iuppiter at pugnam Fatorum prorsùs abhorrens,
In lapidem Vulpem, vertit in Aſtra Canem.
Queis micat vndenis, quamuis ſint bina vetuſtis,
In femore at Procyon nobile ſydus habet.
Quod Venerem referens Catulos nutrire ſagaces
Donat, venatus armaque amare ſimul.
Conficere in proprios pariter venalia quæſtus
Retia, Tela Satos tum fabricare docet.

VNICORNIS.

Monoceros Græca, Vni at Cornis voce Latina
Sub collo cernens Equidiale means
Maiorem ſub ventre Canem, ſupraque minorem
Dorſum habet, & cauda vela propinqua Ratis.
Temonis calcat pede poſteriore ſuprema,
Antè ipſum Orion, Lactea ſtatque Via.
Creditur in terris Animal oſtendere Equinam
Formam Apri cauda, Cerui & habere caput.
Atque pedes Elephanti inſtar monſtrare, celerque
Currere, tum cornu fronte tenere nigrum.
Longo à quo binis cubitis ac vno in acutum
Tendente id Brutum nobile nomen habet.

Pluribus hoc quamuis credatur Fabula, & eius
Cornua diuersè sint reputanda Fera;
Crediderim potiùs dubium, mansueta quod ista
Virgineo recubans sit Fera facta sinu.
Cornua sanè eius pretiosa putanda veneno,
Eiusdemque recens Astra Figura meret;
Vigintique tribus nouiter decorata Pyropis
In Virus Vires donat habere Satis.

ARGO NAVIS.

POst Canis ingentis caudam sese exhibet Argò
Nauis, vasta aliis Arca vocata Noe;
Prora Centauri caudam, cor tangit & Hydræ
Malo, remum austri circulus vsque colit.
Quàm benè splendescit monumentum Thessali honoris,
Iasonis memorans Inclita Gesta Ducis.
Qui suprà hanc socijs fuerat comitantibus Heros
Quinquaginta sedens, Colchica Regna petens;
Velleris aurati vt fieret Possessor, at ipsa
Argo ex Argolico sic vocitata Duce
Argolico & paritèr comitatu Nauis onusta,
Quæ dorsum valuit frangere prima Maris
Astra Iouis pètyt iussu, suprà ætheris istis
Quinquaginta micans sex celebrata Lares.
Inter quæ primum fulgorem stella Canopus
In temone sedens obtinet Alma Ratis.
Quæ Rhodi Horizontem radit, seu stringit, in Vrbe
Dicta ab Alexandro surgere visa parum.
Cùm reliquis rutilis Saturni hæc stella, Iouisque
Naturam referens dat meliora Sato,

Qui

Qui Rector puppis, clauoque immobilis hærens
Fortuna Typhim vincere posset aquis.

ROBVR CAROLINVM.

POst violenta Probi Genitoris Fata, patrare
Quæ non erubuit subdita iniqua manus.
Insidias fugiens Cromuelis Carolus hostis
Sub Latebris valuit Roboris esse latens.
Commiserans Casum Nemesis tunc iusta Monarchæ
Indignum, hæc profugo vaticinata fuit:
Ergonè Roboreo specu in hoc quasi carcere pressum
Perdere te afflictum subditus hostis auet?
Ac veluti facinus patrasses Robore dignum
Clausum in Robusto carcere se interimet?
Absit, vt id patiar; Robusto carcere dignus.
Supplicioque tibi quisque Rebellis erit,
Qui Patris in Caput est ausus sæuire, Stuardam
Regalem, antiquam tùm maculare Domum.
Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti
Robore perdigno tristia Fata luent.
Tu ne cede malis, à Gallo Marte salutis
Pandetur quouis Tempore prima via.
Magnanimus nil curabit qui damna vetusta
Gallico ab Anglo olim Rege relata solo.
Teque iterùm solium calcantem iurè Paternum
Hostibus attritis Anglia tota colet;
Sique Ioui sacra quercus erat, quia norma salutis,
Seruanti ac Ciuem Querna Corona data;
Robur & istud erit gratum, quod ab hoste rebelli
Seruata hoc Regis vita, decusque manent;

Immò eius meritò translata ad sydera stabit
Vindicis vt signum forma reperta Dei:
Dixit, & his verbis effectus indè secutos
Fatidicis nimium quisque sub Orbe stupet.
Edmundusque sagax Halleius fortè Figuras
Australes recolens doctus vt Astronomus,
Robur id inuenit Carolinum quinque bis Astris
Formatum, ac Mundo talia nota dedit;
Quæ noua forma Satos miseros sub flore iuuentæ
Pluris Ærumnas perpetì ab hoste notat;
Quas tamen aduersùs constantes Roboris instar
Victores Palmam tempore ab hoste ferent.

HYDRA.

POst caudam Procyon tollit caput Hydra, vagatur
Quæ benè Signorum per loca vasta trium.
Qualia sunt Cancer, Leo, Virgo, videtur & eius
Centauri suprà cauda manere caput.
Craterem dorso & gestat, Coruumque loquacem
Cauda, horumque trium Fabula iuncta patet.
Coruus stans quondam tutus sub Apolline, missus
Ad Fontem hauriret poculo vt amnis aquas,
Fortuitò ille videns grandes super arbore ficus,
Quò illæ maturæ, constitit, vsque forent.
Distulit ac Lympham pro sacro ferre, peregit
Postremò quod aqua pulcher Apollo, nouæ
Impleuit postquàm ficorum copia ventrem
Corui, is tentauit sumere fontis aquas,
Fortè ibi præsenti miser autem territus Hydra
Craterem vacuum pertulit iste Deo.

Qui

Qui noſcens peccaſſe gula ipſum reddidit atrum;
Ficorum vetuit tempore aquiſque frui;
Peccatiſic dans pœnas ſuper æthera iuſſus
Cùm Cratere ſimul ſcandere, Hydraque fuit.
Hydraque eum terrens ab aqua haud Lernæa vocanda,
Fregit cui Alcidis Claua tremenda Caput;
Herculea cùm Hydra nam quæ connexio Corui,
Crateriſque manet? Vera ſit ergò prior.
Quadraginta nouem Saturni hæc Aſtra, Dionis
Iactat, cor rutilans queis magè ſplendet Hydræ.
Non fugiet natus cognatiſyderis Angues
Palpare hos potiùs, ludere eiſque ſolet.

CRATER.

CRateris non vna micat narratio, talem
Imò nouam potiùs Fabula priſca docet;
Plegonta regnans cùm Demophon eſſet in Vrbe,
Peſtis in hos fines ſæuiit abſque modo.
Pro peſte arcenda conſultus Apollo, quotannis
Reſpondit, Virgo ſacrificanda foret;
Cunctorum natas Rex miſſa ſorte necabat,
Ac proprias ſeruans flere ſinebat eos.
Indoluit natam Mathuſius indè ſacrare,
In ſortem natæ ni quoque Regis eant.
Demophon iratus ſacrat hanc ſinè ſorte Puellam,
Iniuſtum Genitor diſſimulauit opus.
Prorsus amicitiam fingens ad nobile Sacrum
Regem cùm natis prouocat immò ſuis.
Antèque eas miſſas ad ſacrum interficit audax,
Cùm vino ipſarum ſanguine vaſque replet.

Intrepidè quòd Regi offert, gaudetque bibentem
Cernere, post facinus significauit atrox;
In Mare proiectus sed cùm Cratere remansit
Rege iubente, autem Crater in Astra volat.
Mercurij, & Veneris qui ondenis fulgidus Astris
Pocula amica facit, pectora lata Mero.

CORVVS.

Sic alia est etiam laudati Fabula Corui,
Posteà cui Phœbi gratia rara fuit.
Nimpha Coronis enim nimis altè ab Apolline amata
Primatem Medicum quòd peperisset ei,
Cùm Scinium quendam iuuenem deperditè amaret,
Amplexu stabat mutuo ad amnis aquas;
Coruus eos spectans citò Apollini id omne ferebat,
Qui propriis oculis turpe notauit opus.
Inque voluptate amplexus traiecit amantes
Telo, ac fidam inter sydera duxit auem;
Se memorem officij vt talis præstaret Apollo,
Vndena ac ipsi sydera contribuit;
Martius est Coruus, tùm Saturninus habendus,
Nascenti an per eum garrula lingua foret?
Augurium eloquio claris prauum esse Togatis
Creditur, vt Cicero testis adesse potest;
Cui proscripto dixit Coruus rea Fata minari;
Belligeris autem clara Trophœa notat.
Sicut Valerius Coruinus dictus ab ipso
Præsente in pugna victor ab hoste fuit;
Aut saltem ex prauis conuertere in optima posset
Augurium egregio Belligerante Viro.

Vtque

Vtque Aphricæ Cæsar premeret dum littora, dixit;
Aphrica te teneo. præcipitatus humi;
Sic quoque Belligerans vertens præsagia Corui,
Te satiabo meis hostibus aiet ouans.

CENTAVRVS.

Hydræ sub cauda Centaurus circulo adhæret
Austrio pedibus, ventre referque Crucem;
Hunc genuit Saturnus Equi sub imagine prole
Cùm Philira Oceani concubuisse volens,
Qui dictus Chyron Medica fuit arte peritus,
Atque docens Monte Pelij aprica colens
Doctus ab ipso ideò Medicinam Æsclapius ingens
Euasit Medicus Pharmaca sana docens;
Tùm Citharæ didicisse modos celebratur Achilles,
Factus & Alcides maximus Astrologus.
Quaque die staret, qui dum Chyronis in antro
De Pharetra ceciderit sorte sagitta sua,
Chyronisque pedem lethali vulnere torsit,
Cælum hinc scandentis commiserante Ioue;
Est vbi collucent triginta quinque Pyropis,
Præcipuæ est molis stella priore pede.
Humana in forma Venerem, & Stilbona, in Equina
Demonstrant Venerem sydera itemque Iouem.
Noscere dant Medicas artes in membra Ferarum
Semine Quadrupedes immò iugare docent.

CRVX.

Qvatuor Astra nouam Centauri subdita ventri
Posteriore situ constituere Crucem,
Splendida quæ vt modicâ pôst primam grandia molem
Ad se Nautarum corripuere oculos,
Dùm versùs Tropicum Capricorni audacter eunbant
Calcare Oceani tergora salsa rate;
Hinc qualis Tyrijs fuerat Cynosura Carinis
Hæc Ratibus mansit Crux quasi norma suis.
Nomine vulgari Cruciero ac dicta refulsit
Christiadum populis sacra Tropbæa notans.

LVPVS.

HÆc Fera Centauro baculo resupina petita
Rex fuit Arcadiæ versus in ora Lupi.
Iuppiter à Cœtu diuorum quandò recedens
Venerat in Terram, gesta, hominesque notans;
Inuitarat eum Rex Arcas fortè Lycaon
Experturus ibi, num foret iste Deus,
Arcadis apposuit puerilia membra necati,
Elixa ad mensam, tostaque, vt hospes edat;
A Ioue perfidiam noscente incenditur ædes,
In Nemus ac fugiens Rex Lupus indè fuit.
Effigiesque Feræ translata suprà Æthera fulsit
Vindictæ in signum, nè mala patret Homo.
Vigintique vnum Saturni; & Martis onustâ
Viribus iste ferox possidet Astra Lupus.

Ad

Ad eadem inclinans sagarum pectora fingit;
Sugere & infantis membra tenella decet.

ARA.

Ara talis, seu Thuribulum, sau nobilis Ara
Scorpij, itemque Lupi posteriora videt;
Circulo & Austrino haeret, siue Antarctico habenda
Signum, quod iunxit Fadere amante Deos.
Nàm cum Titanes irati Numina vellent
Perdere, & ex Solio praecipitare Iouem,
Diique Deaque omnes super hoc Altare Cyclopum
Factum opera Fadus tunc iniere simul;
Iurarunt & opem contrà praestare Gigantes
Mutuam; & hostiles spernere velle minas;
Postremò his diris superatis hostibus Aram
Sub Coelo vnanimes hanc posuere Dei,
Syderibus septem voluere ac splendere eandem;
Saturni dotes qua, Veneriscque colit;
Atque facit natos deuotos, Templa colentes,
Quique videre queant vsque futura notat:
Abstulit huic Aràe palmam, sed nobilis Ara,
Sub qua est firmatum Fadus in Orbe triplex.
Caesaris Austriaci quod nempè, Ducisque Poloni
Vires ac Venetas congregat, vnit, amat,
Contrà Titanas Thraces, qui stante putabant
Austriacum ex Solio praecipitare Iouem.
Fadus id Armipotens, qui Animarum praesidet Orbi
Antistes summus, perpetuare cupit.
Iuratumque sub Altari est spectare gauisus
Excidium ei Tureis, Christiadumque decus.

Qua-

Quare ex Europa depulsis Thracibus, astra
Hæc meliùs triplicis Fœderis Ara petet.

CORONA AVSTRINA.

SVprà Aram, atque pedes inter, quos antè videbis
Arcitenentis habet pulchra Corona locum;
Discrimen tamen ad Boreæ, quæ Austrina vocatur,
Quamquè Iecinis multi habuere Rotam.
Hanc qui contendunt appellandam esse Coronam
Talia de Theseò commemorare solent;
Prolem Neptuni, Minos constare negabat
Hunc, quoniàm sprevit Fœmineam amantis opes,
Probraque multiplicans, Pelago committere Gemmam
Ne timeas, inquit, restituet Genitor;
Proiecit Gemmam Theseus, quæ iuncta Corona
Dono Amphitrites visa redire suprà;
Indè Corona Lares superos pretiosa petiuit;
Sed qui Ixionis eam diceret esse Rotam,
Sciret vt Ixion Iunonis captus Amore
Visæ in Cœlo ausit quærere concubitum,
Delusus vice Iunonis comprehendere Nubem
Permissus, poterat quæ simulare Deam,
Nubigenæ hinc dicti Centauri protinus orti,
Illeque iacebat concubuisse Deæ.
Iuppiter ad Divum detrusit fulmine eundem,
Semper vbi vinctus volvitur ipse Rotæ.
Indè Rotæ effigiem voluit transmittere in Astra,
Vt foret in Signum Vindicis illa Dei
Seù Rota credatur, potiùs seù dicta Corona
Hæc tredecim Stellis condecorata micat;

Mer-

Mercurij, & Saturni ardent quæ Viribus, hostes
Contrà de Probris sera Trophæa notant.

PISCIS NOTIVS.

STans Notius Piscis Capricorni subditur alueo
Vrnigeri Lymphas ore patente capit.
Hic vult Zodiaci Pisces iactare Nepotes,
Qui meruit casu scandere celsa Poli.
Siuè Boeth quoniàm in stagnum cecidisse patata
Phaetetis Veneris Filia pulchra Deæ;
Magni huius Piscis sit credita habere Figuram
Nomine quam Syri post coluere Deæ.
Siuè quod ex stagno Veneris sit Filia salua
Facta per hunc Piscem, cui tribuere decus.
Dùm multùm ad tempus Syri post templa solebant
Piscibus argenti condecorare sua.
Piscis at hic magnus petiens nutu alta Dionis
Astra decem septem versus habere nitet.
Quorum præcipuum consistens Piscis in ore
Vrniger ad proprium cult retinere decus.
Quisquis erit sub Pisce suo; circumferet annos
Littoribus capiens per vada mota salis.
Quæstus naufragio petitur, semperque laborem
Ad tantum poterunt præmia parua sequi.

COLVMBA NOE.

SVb Lepore, inter & Eridanum, ac vestigia magni
Stat Canis in Cœlo vitta Columba Noe.

Ore-

Oreque pacifero dum Ramum gestat oliuæ,
Restat ad Argolicam tendere visa Rhodem.
Quàm meliùs foret ista Ratis dicenda vetusta
Arca Noe, quam iterùm missa Columba petat:
Diluuij referens Orbis cessasse ruinas;
Placatam ac iram vindicis esse Dei;
Schillerus bene deuotus mutare gauisus
Stellarum formis nomina quæque fuit.
Christiadum Cœlum formans, Gentilia spernens
Naturæ alterius Robur at usus habet;
Quamuis at nolint antiquas linquere formas
Astrophyli hæc retinet pura Columba locum.
Vndenis rutilans stellis ad pacis amorem
Inclinat donans Mitia corda viris.

PHÆNIX.

RAra Auis Arabiæ Phœnix sic dicta colore
Phœnices ex membris cui Pyra oborta suis,
Sexcentis annis, ac sexaginta relicta
In vita moriens tunc parat ipsa rogum,
Atque reuiuiscens iterùm quasi Fabula habetur,
Verum Aquilæ molem fingit, & effigiem.
Quindeniique Astris sub Ceti splendida cauda
Mercurij, ac Veneris suscitat ingenium.

GRVS.

GRus sequitur sub Pisce Austri longissimo onusta
Collo, cùm sociis quæ per inane means

Pon-

'ondus amat Lapidis, pede quem dùm continet vno
Feſſa iacens ſomnum tunc prohibere ſolet.
1 Caſu nimirùm expergefacta Lapilli,
Atque volans retrò tempora praua notat.
'yderibus tredecim dum ſplendet in Æthere, donat
Docta recenſendis pectora in Augurijs.

INDVS.

INdicus iſte ſenex duodena per Aſtra refulgens
Splendida Mercurij donibus, atque Iouis.
Familiam donat, moderari & commoda terris
Impertire ſuis, diuitiaſque ſimul;

TOVCAN.

SVprà Hydrum Toucan Anſer formoſa locatur
Roſtro longo, eſu ſana, colore vaga.
Octo Aſtris rutilans Marti, Stilboni & amicis
Influxum mixtum dat ſuper Auſtriferis.

HYDRVS.

CIrculo ab Auſtrino, collo, capite atque reſurgit
Hydrus, at interius cætera membra tenet;
Vſque decem quatuor mixtis Stilbonis onuſta,
Saturniquè ſimul ductibus Aſtra tenet.
Pigrities ideò ſubiectis excita reſtat;
Et cultos Agros fertilitate iuuat.

PAVO.

PAVO.

Pauo micat Iunonis Auis variisque colores
Turgidus ob easdem luget iniqua pedum ;
Cùm Sene verum ſubſtans Arcitenente refulget
Sexdenis Aſtris, pectora cruda mouens.
Saturni quoniàm, & Martis virtutibus ardet,
Carnis & humanæ quit ſtimulare famem.

AVIS INDICA, SEV PARADISI.

INdica Auis, ſeù Pariuogel Paradiſi & habenda
Americæ intèr Aues eſt ſpecioſa nimis ;
Dicta & Apus pedibus quod ſit reputata carere
Aerea vt viuax in Regione manens ;
Tum Iouis ; ac Veneris duodenis emicat Aſtris,
Prudentes, iuſtos reddit in Orbe viros.

TRIGONVM AVSTRALE.

AVſtrino in Giro reſidere Triangulus audet
Sub Centauro, Ara, tùm quoque tangit Apum.
Cuſpide fert claram ſtellam virtute Dionis,
Saturnum reliqua dotibus inde colunt.
Quinque omnes ſimulant ſubiectis maſta iugata
Lætis, ad Tumulum ſtaret vt ipſa Venus.

APIS,

APIS, SEV MVSCA.

MVsca, & Apis vocitata manet, stat quatuor Astris
Insignita Chame, quam petit ore Leo,
Saturnina manet, quocirca influxus habendus
Eiusdem tristis, tetraque facta notat.

CHAMELÆON.

MVsca, Chamæque Leon apparent esse propinqua
Hicque in eam linguam fortis ab ore vibrat;
Hic pariter denis stellis ornatur in Austri
Giro, Saturni viribus atque scatet;
Namque Draconis habet speciem, caput atque Leonis
Monstrat, & has angues ille Planet colit.

PISCIS VOLVCRIS.

PAsser, seu Piscis volucris substare Carina
Vult Argo, & septem sydera totus habet.
Mercurij, ac Veneris lucentia viribus vrgent
Ad Veneris luxus, queis sit amica Ceres.

DORADO.

AVrata, aut Dorado est Piscis, qui Circuli oberrat
Extrà Austri fines, aureus atque micat,

Se-

Septem nonnullis, alijs sed quatuor Astris
Fulget Saturni viribus vxiguis.
Appositum ob gladium Xiphias ad colla vocatur,
Vt Xiphias Piscis rostra mucrone gerens.

NVBECVLA MAIOR, ET MINOR.

MAior, itemque Minor Nubecula sydere trino
Circulo in Austrino splendere quaque potest;
Vtraque Saturnum recolit, Populisque propinquis
Saturuina creat Pectora, Facta, Lares.

RHOMBOIS.

RHombois effulget demum, talisque Figura
Exigua explendens Astra quaterna tenet;
Mercurij dotes subiectis cedere posset;
Si foret has dandi Zona gelata capux.

QVINTA PARS ASTRONOMIÆ.

Tam noua, quam vetera obseruas dum sydera fixa
Æthereo in nostro commemorata Globo.
Haud ibi conspicias Errones, siue Planetas,
Quorum exquirendi motus ab Astronomis,
Quomodò Saturnus triginta eccentrico in annis
Signa ea percurrat fit duodena scies.
Iuppiter in his sex, Mansque anno in duplici, in vno
Sed cùm Sole Venus, Mercuriusque simùl,
Viginti quæ dies septem, septem insuper horas
Quadraginta petat Luna minuta tria,
Vt motum absoluat, sic per tot signa meatus
Septem horum in magno Circulo habendus erit.
Pro motu medio sunt bina minuta diurno
Saturno, atque ferè quinque tributa Ioui.
Triginta que vnum Marti, totidemque secunda.
Quatuor abiectis, pluraque Phœbus auet;
Quinquaginta minuta nouem dum, octoque secunda
Cùm Venere hic potiùs, Mercurioque petat.
Luna gradus tredecim post remò, ac dena minuta
Triginta que vltrà quinque secunda valit.
Præterea conferre velis cùm Sole supernos
Si tres, atque duos inferiore loco
Luna dempta, Epicyclum isti prout quinq; recurrunt
Sanè Argumenti motus hic esse solet;
Qui surgit tribus in primis, si nempè diurnus
Subtractus manet Solis ab assimili;

Centro Epicycli autem quantò eſt Eccentrico in ipſo
Tardus, motus erit paruulo in Orbe celer.
Saturni bine ſeptem eſt quinquaginta minuta,
Trina Iouiſque minùs qualibet iſte die.
Martis viginti ſeptem; quibus adde ſecunda
Quadraginta duo, ſic variare petunt.
Hos Epicycli altum iunctos cùm Sole Apogæum,
Sed Perigæum imum continet oppoſitos.
Infernos verò binos miratur vtrumque
Punctum coniunctos, nec videt oppoſitos.
Cauſa manet medij motus ea linea Solis,
Quam Venus aſſiduè, Mercuriuſque colunt;
Hinc Soli opponi nequeunt, ſimulque ab eodem
Nullum horum aſpectum Sole receſſus habet.
Quadraginta nouem Venus vltrà haud tendere, Stilpon
Nec viginti octoque ait ſuperare gradus.
Tantùm comprehendens Epicycli vtriuſque receſſum,
Circà quos motum ſe reſeruare cupit;
Dictus Anomalia hic Venerem percurrere monſtrat
Triginta ſeptem quoque minuta die,
Inque anno gradibus quindenis ſigna meare
Septem, ac vltrà bina minuta ſinit;
Menſibus vndè nouem ipſa decim, ſeptemque diebus
Gyrum erit emenſam abſoluiſſe ſuum;
Indè gradus tres Mercurius, tum ſena minuta
Terque ſecunda octo verrit in Orbe die.
Menſibus in quatuor ferè abactis vndè diebus
Quinque ſui exigui conficit Orbis iter.
Quod ſi aliqui Aſtronomi Venerem percurrere gyrum
Menſibus in ſeptem, dimidioque ferant;
Necnon Mercurium octoginta octoque diebus
Soluere eum curſum; ne titubare velis

Poſtea

Posteà concedunt etenim Titana progressum,
Quod capiat dicto tempore vterque suo.
Commune est autem dictis his quinque Planetis,
Vt benè directus quisque sub auge micet.
Signa sequatur item, puncto in contrario vt augi
Retrogradus contrà signa relata meat.
Atque ipsi in medio statio sit dupla meatu,
Ortu, & ab Occasu quæ vocitata manet.
In tribus ista prior superis fit manè, meare
Quandò ex directis Retrogradi incipiunt,
Altera ad Occasum fit vespertina, quod antè
Retrogradi intereà dirigi in Astra velint.
At prima in binis stat, vespertina vocata
Infernis, qui augem deseruere suum;
Altera & accipitur quoque matutina, meatum
Cùm post Retrogradum dirigi vterque cupit.
Hesperus ac prima Venus est, hac Lucifer, ambo
Auge vltrà Solem, citrà at in opposito;
Fasque hos velocos directos, quinque mediocres
Stantes, est tardos credere Retrogrados.
Luna tamen tendens Epicycli in parte superna
Contrà signa, infra visa sed illa sequi,
Retrograda haud nunquam, vel stans, benè semper habenda
Est directa, minùs paruo vt in Orbe celer.
Nàm motus Centri si Epicycli Eccentrici eundem
Peripheria horis sex superare valet,
Iam supra est dictus medius, quo soluere mensem
Periodicum apparet Luna per Astra suum.
Retrograda, aut stans quæ haud fuerit, benè tarda, celer-que,
Tarda Apogæa, celer sed Perigæa manens.
Hoc motu medio verùm ad Titana relata
Synodicum mensem posteà Luna facit.

Spernens undenas horas, ſexdena minuta
Qui triginta aquos poſſet habere dies.
Vndè dies bini, quinque horæ, vnumque minutum
Diſcrimen menſis ſunt vtriuſque ſimul
Poſtquam ſigniferum nimirùm Luna meauit,
Soli vt iungatur Tempus id omne petit.

LATITVDINES PLANETARVM.

HOc motu Centri pariter Via Lata reſurgit
Luna tùm Nodis Nomine terrifico.
Nempè viam Solis binis attende ſecatam
A Lunæ oppoſito circulo, & Orbe locis;
Sectioque ad Boream Caput eſſe Draconis, ad Auſtrum
Cauda, duplex Venter lata putanda Via.
In Capite, & Cauda ſubſtans Ecclíptica habenda
Nil lata; at Latam Venter vterque notant.
Maximè vnde talis Gradibus dùm quinque, minutis
Atque decem ſeptem Luna receſſa manet.
Sic in eis dictis cum Nodis Lata Planetis
Ad Boream, ac Auſtrum dupla notata Via;
Vndè gradus bini Saturni maxima ad Auſtrum
Quadraginta nouem Lata minuta petit,
Vnum Lata gradum, tum quadraginta minuta
Illa Iouis, binos Martis ad vſque Gradus.
Hæc via præterea tum quadraginta minutis
Eſt Veneris gradibus Lata peramplа nouem
Treſque gradus, ſcrupulis tribus ac triginta ea fulgit
Mercurij; cuncti quam variare ſolent.

In Fixis velutì manet ex Ecclíptica eodem
Semper Lata modo commemorata Via.
Hæc magìs in Luna verùm obſeruata coegit,
Nodorum vt motus traderet, Aſtronomus.
Qui non fixa abeunt per bina minuta Dietim
Aduerſo contrà ſigna relata modo.
Vnde nouem finire decim celebrantur in annis
Circuitum, Lunæ gignere & indè Cyclum.
Aureus hic Numerus fertur, Cycluſque Metonis,
Lunares ſtatuit quo remeare Phaſes.
Atque ad idem Tempus Nouilunia cuncta redire;
Aſt caue, quod ſoleant anticipare parùm.

ECCLIPSES LVNÆ, ET SOLIS.

INterea velut bis ſenis Via Lata Planetis
Cùm Nodis binis contribuenda fait;
Sol it à ſolus eam ignorat, nàm Ecclíptica ab ipſo
Fit, quæ Regalis Solis habenda Via;
Dùm ſub Zodiaco pergit, quo Linea motu
Illius in medio ſurgit obliqua ſimùl.
Sique ex Aſtronomis Eccliptica Linea talis
Fertur, vt Eclipſes indigitare ſolens
Totales in eis Nodis Lunaribus, iſtas
Partiales fieri ſed proprè concipies.
Namque Planetarum in duodenas eſſe diremptum
Horum ſi partes corpus vtrumque patet;
Quas digitos dicunt, horum obſcuratio tota
Totales, reliquas deficienſque facit;

Ecclipsis Lunæ solùm hæc cùm plena videtur
Opposita vt Soli, præualet accidere;
Alterutro tamen in nodo si Luna moretur,
Aut propè quindenos vsque recessa Gradus;
Terræ tunc inter Solem, Lunamque iacentis
Conica Lunarem percutit vmbra Globum.
Vndè tenebrescunt maculæ, Montesque notati,
Quæ plura Astronomis insinuare volunt.
Accidit Ecclipsis Solis Nouilunio in illo,
Quando ipsi in Nodis Luna reperta coit;
Aut propè coniunctus cùm visus vterque Planeta
Præcisos fuerit non superare gradus;
Viginti Nodo Boreo, Capitique Draconis
Qui satis, hosque minùs Cauda Draconis habet;
Cui solum duodeni vsque, ac distantia in ista
Ecclipsis Solis quiuerit esse minor;
Rarò est totalis; tegit haud quia Cinthia Solem,
Vt Terræ proprium contegit vmbra Globum.
Solis at Ecclipsis velut in Nouilunio habenda
Tantùm prædicta conditione manet.
Decantata illa antiquitus, quam Passio Christi
Viderat, indubiè prodigiosa fuit.
Acciderat quoniàm dum turgida lumine Luna
Solari, Solis stabat in opposito.
Qualem ideò Ecclipsim cernens Dionysius ille
Nempè ab Areopago talia verba dedit.
Nunc Deus aut patitur Naturæ, aut Machina Mundi
Dissoluetur, enim Cœlica iura cadunt.
Vidit enim Lunam Pleni amplo in Lunio eodem
Tempore Solarem contenebrare Globum,
Quæ loco ab opposito veniens sub Sole remansit
Ad perpendiculum cuncta pauore replens.

Cùm-

Cùmque aliàs soleat Luna ingredi in Æthere Solem
Parte in ea Ecclipsi semper ab Occidua
Ex Orientali fuit obseruata venire
Parte, & Titanis sic temerare Globum.
Ac Orientis eum reserare ex parte latentem,
Cùm demum partem linqueret occiduam.
Scribit Apollophani sic hæc Dionysius ipse,
Astronomus Sapiens alteri & Astronomo.
Hinc facilè à Pauli verbis captatus is auxit
Christiadum numerum dogmata Sancta docens,
Quem Protectorem coluit post Gallia primum,
Doctoremque suum Tempore quoque tenet,
Regibus insinuat propriis qui Nomen, & Omen
Christiadum, ac valuit plura trophæa dare.
Istos an faciet splendescere fortè Monarchas,
Inter vt Errones splendere Phæbus habet?
Ecclipsim pati eos nunquàm patietur ab Hoste
Christiadum vt semper tradita cura colant.

THEORICA SOLIS.

SEd satis Ecclypsis Solis trutinata repertas
Eiusdem maculas cernere nos stimulat.
Quis tenebras valet accusare in Sole; diremit
A tenebris lucem nonnè sub Orbe Deus?
Per Telescopium verò sunt fortè notatæ
Solari in Disco triplici in Effigie;
Quas maculas, faculas, vmbras dixere Recentes,
Quidquid in oppositum turba loquatur iners;
Cæterum eo medio motu, quem diximus antè,
Signorum seriem currere Phæbus auet

Dicendo ac Tropico proprio ipſe abſoluit in anno
Curſum, hunc oſtendens vix Epicyclus erit.
Retrogradus nunquam idcireò, aut ſtatione moratur,
Directus ſemper, tardus, itemque celer.
Nempè Apogæus erit tardus, ſeptemque minuta
Ac quinquaginta longè meare ſolet;
Vſque gradum peragit facta additione minuti
Poſt medium motum ſi Perigæus erit;
Hinc Apogæus amat Borealia ſigna meare
Tardius Auſtrinis, quæ Perigæus habet.
Mole eius minor apparet tùm Diſcus in auge,
Maior at exultans augis in oppoſito.
Sanat Anomalias ſic eas Eccentricus eius,
Qui Centrum Mundi non retinere poteſt;
Sed binis gradibus diſtat, tribus atque minutis,
Pauca ſecunda vltra ceù duodena petens;
Portio quare huius cùm Eccentrici in Æthere maior
Suprà augem iaceat, ſed minor oppoſitum.
A Terra ac diſtans Apogæum, ſitque propinquum
Oppoſitum punctum, dicta venire ſolent:
Hoc Apogæum autem meat ordine quolibet anno
Vnum per ſcrupulum, perque ſecunda duo.

COMI-

COMITES IOVIS, ET SATVRNI.

NE sis sollicitus nimium de motibus illis
Quos repetit quadruplex Assecla in Orbe Iouis.
Intimus ab Ioue discedens per trina minuta
Octodecim hæc horis circuit, atque die.
Discurrensque sequens hinc indè ad quinque minuta
Tres superat paulùm dimidioque dies.
Tertius excurrens benè ad octo minuta diebus
Septem horis gyrum quatuor atque facit.
Extimus ad tredecim gestit remeare diesque
Sexdenos, horas octodecimque petit.
Per Telescopium Medicæa hæc sydera dicta
Detecta Authorem te Galilææ canunt.
Nec cum Christophoro Scheiner pauitabis ob istud
Inuentum pugnam, Solis vt in maculis.
Quarum tu prior obseruator rarus in oris
Per Telescopium crederis Italicis
Sicut apud proprios Germanos ferre triumphum
Vult Scheiner Iesu Societatis honos.
At tibi dissidium Iouialia sydera circà,
Seù Comites Bellum nemo mouere potest.
Et quamuis Simon Marius Mundo in Iouiali
Ex Brandemburgo sydera dicta vocet.
Ex Inuentore, ac vsu, Medicea vocata
Sunt Magno Hetrusco iurè sacrata Duci.
Familia hinc quoniam medicæa excelsa dedisset
Reginas celebres Gallico in Orbe duas.

Cen-

Censuit illustris Perieschius, ille vocetur
Extimus explendens vt Catharina Comes.
Indè Maria sequens vt sit Periextimus, intrà
Bini vt sint Cosmus Maior, & ille Minor.
Familiam excelsam Medicæam quatuor Astra
Sic miro celebrant fortè reperta modo.
Nempè quia Astronomis domus hæc gratissima fulgens
Sydereos mereat scandere celsa Lares.
Saturni intereà Laterones cernere binos
Cùm Galilæo alij concupiere viri;
Tertius his iunctus Cassino Authore refulsit,
Queis magis est rutilans Assecla quisque Iouis.
Multiplicare istos, alios seù credere durum
In Venere, huic potiùs da ratione Phases.
Quapropter si alios Rheita, & Fontana notarunt
Circà splendentem quinque meare Iouem
Ambitio forsan noua demonstrare coegit
Lumina crediderint vt vaga fixa noua;
Vt Prætor minima haud curat, curare Planetas
Sic minimos poteris motibus annè suis?
Iurè Planetarum at septena merebitur antè
Dicta Cohors, vt eos quisque notare velit.
Solque magis Princeps veluti moderator eorum
Viuificans Mundum, tempora distribuens
Ad se oculos rapit obseruantum, Ecliptica obliqua
Cur præsertim eius semita firma iacet.
Quaque die complere gradum ferè possit in ipsa
Cur magis aut paulo connumerare minus.
Scilicet vt cursum totalem Ecliptica in anno
Solari proprio transilijsse queat.
Annus qui Tropicus fertur, mensuraque motus
Æqua in Zodiaco Solis habendus erit.

Quo

Quo redit ad punctum Sol æquidiale relictum
Anno præterito, Solstitiale & idem.
Quique dies quoque sexaginta quinque trecentos
Horas quinque etiam connumerare potens,
Quadraginta nouem vlteriùs iactare minuta
Visus erat doctis circiter Astronomis.
Annus sydereus velut est dùm Phœbus eandem
Anno stellam adiens indè sequente redit;
Quæ motu proprio dum quinquaginta secunda
Ac vnum impleuit, tradit vt ista Ticho.
Sol ad currendum spatium vigena minuta
Horæ, ac octodecim tale secunda petit.
Syderei, ac Tropici tantum est discrimen id anni;
Hoc Tropicum debes sed trutinare loco.

DE CORRECTIONE GREGORIANA.

Vnari spreto qui ad Solis surgeret ortus
Dum cursum, vt Cæsar, Sosigenesque volunt.
Sex horas ijsi integras iunxere diebus
Dictis quarto anno queis renouata dies;
Addita Bissextum formans, vndena minuta
Quoque vt plus æquo iuncta fuere nouo;
Qualibus in centum triginta quatuor annis
Post dùm plus æquò surgeret vna dies.
Anticipare diem æqui bis annis nactia bina
Visa fuere ideò, Solstitiumque duplex;
Iussu vt Pontificis quandò est Correctio facta
Sint visa hæc denos anticipasse dies;

Octo-

Octobris queis abiectis de mense, statutum
Errores motus nè remeare queant;
Nempè quatercentum stat Bissextilis in annis
Triplex delendus, sæcula trina id auent;
Nec minùs in Luna Correctio facta refulsit,
Cyclo visa aliquos anticipasse dies;
Aureo enim numero transactis scilicet annis
Vndè ibi viginti Luna tenebat idem;
Siuè diesimili Nouilunia facta redibant,
Anticipare hora talia sed solita,
Viginti septem & scrupulis, triginta secundis
Cùm tribus, hinc sedem posteà perdiderant;
Quandò tercentum, & duodenis prorsùs in annis
Dimidio, poterant anticipare diem;
Vt quandò mansit Correctio facta diebus
Quatuor à prima sede fuere citrà.
Aureus hinc Numerus spretus veneratus Epactas
Eiusdem in solium transiluisse fuit;
Pascha Sacrum talis valuit Correctio bina
Sic magis in proprium restituisse locum.
Quàm dùm Pontifices summi per sæcula plura
Optarent fieri, scandala nè fierent;
Tandem Gregorio Decimo stat tertio oblata
Palma, suis Priscis quam rapuisse valet.
Sic anni Tropici est Solis mensura reperta,
Anno ad idem punctum quando redire solet.
Cuius quoque die quandò admiraberis ortum
Occasumque simùl sydera fixa nota.
Quorum Sole Ortus mundanus Cosmicus vnà
Cum suprà Horizontem stella resurgit erit.
Cosmicus Occasus fuerit, cùm protinus infrà
Hæc Finitorem Sole Oriente cadet.

Acro-

Acronicus verò, seù Vespertinus ohortus
Cùm suprà ab oppositò Sole cadente meat
Talis & Occasus succedet, quandò latere
Vicino properans Sole cadente cadet.
Ortus item Heliacus cùm Sole haud visa propinquo
Incipit ex Ortu stella micare suo.
Occasus demùm Heliacus, quandò anteà visa
Ingreditur Radios Solis, & indè latet.
Stellarum hic Ortus nempè, Occasusque Poetis
Arridet triplex, Carmine quem celebrant.

DE ORTV, ET OCCASV ASTRONOMICO STELLARVM.

Astronomis autem Occasus descensio stellæ,
Ortus & ascensus semper habendus erit;
Ortus, & Occasus signi Æquatoris habetur,
Pars illa exoriens, præcipitansque simùl.
Circuli enim talis tùm in rectâ sphæra, & obliquâ
Æquales Arcus scandere quisque videt
Non sic Zodiaci partes conscendere possunt,
Quæque dies cum sex cernere signa potest;
Seù brevis, aut longa adsit, signum hinc rectè orietur,
Maior cùm quo pars Æquidialis erit
Obliquè contrà, cùm quo minor Æquidialis in altum
Pars conscendet, idem percipe in occidere;
Quamuis Astronomis etiam, Ptholomeus vt insit
Ascensum rectum sphæra ità recta mouet.
Ascensum obliquum demonstrans sphæra & obliqua
Arcu cùm quouis Æquidialis inest;

Seù

Seù minor, aut maior fuerit, seù æqualis eidem,
Arietis hicque arcus surgit ab initio:
Iuxtà signorum seriem numerandus ad Ortum
Scandere Horizontem quandò ea stella cupit;
Occiduum ad Finitorem ascendere tentat
Dum stella; hunc arcum sic numerare potes.
Hinc simul æqualis sistit dum ascensio recta
Cùm descensu, eadem non sic obliqua manet.
Quandoquidem in signis Borealibus esse videtur
Ascensu recto credita obliqua minor,
Ac recta contrà maior descensio obliqua,
Oppositum ex Austro signa vocata tenent;
Omnibus in dictis verò Æquatoris is arcus
Descensu, ascensu connumerandus erit,
Qui paritèr stellæ fertur mediatio Cœli,
Quandò Meridianum tangere recta solet,
Sicut & in sphæra recta concurrere debent
Quartæ Zodiaci cùm Æquidialis eis.
Tempus siuè Oriens quæuis vtriusque requirat
Æquum, harum quamuis particula varient.
Semi ità in obliqua conscendere circulus vnus
Zodiaci æqualis conueniet reliquo;
Siuè orietur eo Æquatoris vtrinque secati
Dimidio, æquali tempore non variant.
Particula media quamquàm variare notentur
Zodiaci, ac primò portio maior eat.
Inque secundò abeat pars Æquatoris in Ortum,
Semicyclo maior, sint licet orta simul.
Dimidium seù signiferi, Æquatoris & illud
Ortum consimilem semper habere velint;
Nàm quantum ex vno non integra portio demit,
Tantundem ex alia parte fit additio;

Addi-

Additione ista graduum Æquatoris & una
Magna dies, vel nox artificialis erit;
Hinc cadere obliquè, rectèque meare feruntur
A Cancro ad Pisces signa relata Capri.
Obliquè à Capro ad Geminorum scandere fines
Signa, & directè præcipitare scies.
Rectumque ascensum, aut descensum maior adumbrat
Pars Æquatoris consociata simul.
Obliquum & minor ascensum æquidialis habebit
Tandem descensu portio concomitans.

THEMATIS COELESTIS DELINEATIO.

PHabui at ascensu, & descensu est omnibus Astris
Clarior, aut rectus sit, vel obliquus ibi.
Ingenitura ideò cuiusuis fortè notanda;
Quandò annum, mensem, scribis itemque diem.
Spernere cumque hora neque debes vsque minuta,
Quæ post nempè meri sunt numeranda diem;
Atque æquanda simul, discrimen fortè notandum
Immò Meridiani, si tamen urget opus;
Nimirum Tabula Astronomi, vel Ephemeris esset,
Cùm minimè ad nati condita iusta Polum;
Tunc domibus Cœli duodenis scribito Thema,
Qualis tot laterum scripta figura iacet;
Quandò Meridiani ope partes circuli in æquas,
Ac Finitoris quatuor æther abit;
Quilibet ac quadrans in ternas surgere partes,
Stat scissum, ac Cœlum per duodena loca.

Dode-

Dodecatemoria Aſtronomis vocitata, priorque
Duodecimam quadrans, vndecimam, decimam.
Ex Ortu ad medium Cœli quit habere; ſecunda
Nona, octaua ſimùl ſeptima ſacra manet.
A medio Cœli vſque Occaſum verſus; ab iſta
Tertius excurrens ætheris ima nimis
Comprehendit ſextam quintam, quartamque domuſq;
Tertia ſtat quarto ſacra ſecunda, prior.
A quarta domo ad initium dùm Orientis oberrat,
Sic potens bis ſex inſinuare domos.
Primam harũ, & decimã cũ quarta, & ſeptima habebit
Præcipuas dictas Angulo ab eximio.
Siquæ Meridiani, tùm Finitoris eaſdem
Sectio confecit mutua præcipuas;
Sic quatuor reliquas oſtendunt Circuli habentes
Nomen, ab hac ſuprà poſitiore globum
Per triginta gradus ſuprà Æquatoris, & infrà
Longinqui, vt ratio diſtat, & ingenium.
Per duo puncta Polos veluti tranſire putati
Mutua vbi effulget ſectio propoſita.
Circuli ità bi ſeni duodenas ſcindere in æquas
Expoſiti partes Æquidiale ſolent;
Vndè in inæquales diuiſus poſteà partes
Interceptus habet ſurgere Zodiacus;
Regio ità arridet Montano, eiuſque ſequaces
Plurimi habent Oriens à ratione decus;
Quamuis Campano ſpreto Æquatore receptus
Circulus à primo vertice ſit celebris;
Circulus hic autem ſectus dum æqualiter extat
Per bis ſex partes, ſeù duodena loca.
Æquatoris eæſimùl, atque Ecclipticæ obliquæ
Partes in dictis ſunt variæ ſpatijs.

Tran-

Transeat iste modus; quibus at sex Circuli habentur
Dissecti in Mundi parte ab vtraque Polis;
Ac noctis medios arcus, tùm semidiurnos
Zodiaci ad substans Æquidiale ferunt;
Id licèt æquali paritèr discrimine scindant,
Non benè diuisas constituere Domos.
Nec benè discurrunt quibus hi sex Circuli abirent
Consecti in reliquis, signiferique Polis,
Restet Zodiacus duodenas siue diremptus
Æquas in partes vt Ptholomeus auet;
Oppositi seù arcus noctis, tùm semidiurni
Sciſſi in tres æquas sint, vt auent alij;
Namque Meridiani, tùm Finitoris habenda
Sectio pro bino Cardine, siuè Polo;
In qua dissecti sint mutuò Circuli eidem,
Æquasque in partes Æquidiale secent,
Sic bis sex domibus cœlesti in themate scriptis,
Quomodò ponantur sydera quæque, nota
Primò quare locum Solis die, & hora ad amussim,
Ascensioque eius recta notanda quoque;
Cui gradus addendi Æquatoris, surgere ab horis
Qui debent scriptis, formaque talis erit.
Quælibet hora gradus quindenos, atque minutum
Horæ vnum eius ter quinque minuta capit.
Qui gradus adiuncti ascensioni Solis amabunt
Cœli post rectam tradere eam medij,
Additione ista graduum sed circulus ingens
In gradibus cunctis si superatus erit,
Circulus est quoque demendus, quod restat & illud
Ascensio Cœli recta foret medij.
Cui quæ Zodiaci pars signi congruet, esset
Dans medium Cœli, siue Domum decimam;

Iunctis hinc gradibus rectæ triginta maneret
Vndecimæ ascensio facta at obliqua Domus;
Sic quis duodecimæ, primæ numerare secundæ
Tertiæ & ascensum, qui quoque obliquus erit.
Qui gradus obliquis Ecclipticæ at obuius istis
Stabit diuersis, disce ab eis Tabulis,
Oppositasque Domos loca per contraria disce,
Sic Cœlestis erit facta figura Laris.
In cuius Domibus dispones indè Planetas,
Prout tali in signo quisque repertus erit.
Illic præcipuæ Molis quoque fixa notabis
Iuxtà signiferi signa vocata sui:
Nàm licet ad Boream, aut Austrum longinqua iacerent
Ipso à Zodiaco; nil tamen obstat eis,
Quin dicantur in hoc signo constare, vel illo,
Compositus veluti comprobat ista Globus,
In quo semi adsunt duodeni Circuli habentes
A bino Initium Cardine Zodiaci;
Dodecatemoria & scissi per singula ad vnguem
Circuli ei seni maximi oriri & habent.
Arietis initia, ac Libræ transire per æqua
Primus habet, reliquos percipe similiter;
Vndè superficiem in duodenas scindere partes
Hi Globi auent, scissam quisque tenebit eam.
Quæque harum in signis gradibus triginta refulget
Lata, sed expansus stringitur indè locus.
Paulatim dùm nempè Polos hinc indè recurrit,
Qualibet vt tandem stricta in acumen eat;
Integra quocircùsit stans cuiuslibet harum
A signo in medio postea nomen habet.

Inque

Inque ſuperficie eiuſdem quod fulſerit Aſtrum
In tali ſigno dicitur eſſe mirum;
Tendat ad vſque Polos quamuis; nam Circuli iidem
Metiri in longum ſydera quaque ſolent.

FIGVRÆ PER GLOBVM DELINEATIO.

SEmiglobo aſt in Cœleſti quoque circulus extrà
Inſinuans illos poſitionis erit;
Quandò Meridiani, tùm Finitoris adhærét
Sectio vbi effulget mobilitate vigens;
Deprimi, & extolli aut aptus, Cœli vndè figuram
Si ſuprà velles fortè notare Globum.
Tunc obſeruatis cœleſti in Themate dictis
Altum ad propoſitum tolle Polum Boreum;
Inuentumque locum Solis pro tempore ſcripto
Iunge Meridiano, recta ſic alta via eſt;
Poſteà verte Globum tantùm, demonſtret vt indè
Scriptam horam tendens ſemper ad Occiduum,
Siuè Meridianum fac vt tranſire nòtentur
Tot gradus ac celeres Æquidialis eant,
Quot benè reſpondent horis, ipſiſque minutis,
Poſtremò firmâ mente, manuque Globum
Quattuor ad Mundi plagas recto ordine ſtantem;
Eius vt infundo Nautica Pixis auet;
Ecce Domus primæ initium, aut Horoſcopi habetur
Ortus; at in Occaſu ſeptima tota ſuprà eſt.

Adque Meridianum decima eſt conficta, teneret
Vt medium Cœli; quarta at in oppoſito.
In quauis reliqua tollendus Circulus ille
Triginta gradibus poſitionis erit;
Quo parte Occaſus poſito deſcenſio obliqua
Septima eum dictis ſurgere vult gradibus,
Octaua vt nota exiſtat deſcenſio obliqua,
Et quem Zodiaci conſecet illa gradum,
Nonam ex qua ſurgens gradibus triginta notabit,
Poſt hunc translatum parte Orientis habe.
Totque gradus Cœli à medio numerabis in Ortum
Vndecimæ vt monſtret Cœlica iura Domus,
Tandem triginta gradibus ſi excedat abiſta,
Duodecimæ aſcenſus notus obliquus erit.
Iſtis oppoſitæ loca per contraria notæ,
Sex Domus vt ſcriptæ notificant reliquas;
Semper quæ Domus in parte aſcendente notantur
Cœli, vt ita oppoſitas noſcere quis valeat.
Pars autem aſcendens Cœli numeranda per imum
Ex parte Occaſus, quod benè mente cape;
Vt Domibus noſcas ſit queis aſcenſio obliqua,
Ac queis deſcenſus dictus ab Aſtronomis;
Qua tamen Aſtrologi Domibus de talibus audent
Pandere, ne cures; his ſua dicta ſine.
Vitam prima, ſecunda Lucrum, ſed tertia Fratres,
Quarta Patrem, Natos quinta per hos moneat;
Sexta Lues Morbos, Vxorem ſeptima, Mortem
Octaua oſtendat, nona Sacrata, & Iter.
Tùm decima & Decus, & Matrem cũ Munere, Amicos
Vndecima, at Hoſtes duodecima inſinuet.

Nos

Nos hæc linquentes, quia Vates esse negamus,
Gaudemus motus pandere sydereos.
Hucusque & gyros Cœlorum, & Fixa, Planetas
Ac omnes motos considerasse iuuat;
Inter vt Errones si Cœli in Themate Palmam
Sol tenet, hanc teneat tùm Globo in Æthereo.
Semita & eiusdem descripta Ecliptica sistat,
Cuius quoque Anno vult numerare gradus.

SEXTA PARS ASTRONOMIAE.

TRVTINANS SISTEMA COPERNICANVM.

Hic poterit forsan ridere Copernici Amicus
Titana inspiciens hanc numerare viam;
Quàm melius subdens refouentem ponere Solem
In Centro Mundi Lampade cuncta foret.
Viginti septem reuolutum fortè diebus
In se, quem macula significare queant;
Totus at existens immobilis indè Planetas
Cùm Terra inspiciat currere in Orbe suo;
Quos radijs proprijs agitare magisque, minusque
Iactat vicinos fortius, vt reliquis.
Proximè enim in triplici consumit mense meatum
Mercurius, septem dimidioque Venus;
Terra Planeta alter vicè Solis currit in anno
Zodiacum, in duplici Marsque meare solet.
Iuppiter in bis sex annis, triginta requirit
Saturnus, cursus ordine sicque tenent;
Quò magis vlteriùs radijs fit Solis abirent
Languidi vti sparsi cuncta mouenda mouent;
Postremò immotum Solem, centrumque tenentem
Vltima Fixarum sphæra putanda videt.

Que

Quæ paritèr ſiſtens immobilis Aſtra diurno
Non patitur motu propria Fixa rapi.
Hunc motum potiùs revoluta quotidiè in Ortum
Proprio ab Occaſu Terra ſub Axe facit.
Indè ab eâ motu Centri eſt Ecliptica in anno
Scripta, velùt quanis Æquidiale die.
Nempè ſuperficies eiuſdem quandò diurno
Ad Centrum motu volvitur Axe ſuo,
Signorum ſeriem pereurrit in Æthere centrum
Sol ſigni oppoſiti fingit habere locum.
Inter ſed Venerem tellus, Martemque locata
Magno ab eis tantùm diſſat in Orbe ſuo.
Cinthia circumducta ipſi quaſi vt Aſſecla ſacum
Signa anni ſpatio dum revoluta meat,
Menſtruo item motu proprio queat ipſa moveri,
Circà vt eum currit quadrupla Luna Iouis;
Terræ Orbis verò quamuis ſit magnus, ad ipſum
Si Firmamentum fortè referre velis,
Inſtàr erit puncti, à Saturno ad Fixa putare
Nàm ſpatium immenſum ſydera iurè potes.
Dedecet immenſum Dominum, qui cuncta creauit,
Menſuram vt Mundi Machina tanta colat.
Suppoſito hoc duplici motu, qui nempè diurnus,
Annuus & Ternæ contribuendus erit;
Annuo vt exſurgens Ecclipticæ ſcripta, diurno
Noto ſit conſtans Æquidiale modo.
Tertius addendus veluti moderator eorum,
Æquatoris habens tradere in Orbe ſitum.
Annuus hic etiam primò non tendit in Ortum
Ex Occaſu vt ſuprà Annuus expoſitus,
Sed contrà motum Centri, tum ſigna ſecunda
Mirum dictu audet Terra mearе retrò.

Vno & eodem Ortum paulatim tempore linquens,
Occasum quandò Terra sub Orbe petat.
Axe Parallelam lineam cùm Ecclipticæ amico
Circùm fit gyrus taliter oppositus;
Annui itàque motus bini sibi mutuò in Orbem
Aduersi dicta sub ratione manent;
Contingit Terræ ac ad planum Ecclipticæ; vt Axis
Inclinata adsint, Æquidiale & idem;
Perpetuò quarè Cœli directa in eandem
Oram immota quasi fors reputanda forent;
Annuus hic motus quò in se reuoluta priorem
Annuum non curans pergere Terra solet;
Est paulò minor illo ipso quò pergit in anno
Signorum seriem prorsus ei oppositò;
Tertio at hoc motu ac inclinatione relata
Axis terreni plurima salua iacent.
Annuus hic motus quoniam inclinatio fertur
Axis Telluris propriæ ab Axe viæ,
A Terra vt quamuis descripta Ecclyptica fulget;
Huius sit flectens Axis ab Axe Soli,
Siuè Parallelus terrenus semper habendus
Axi mundano Mobilis Axis erit.
Qui non respiciat binos Ecclipticæ, at illos
Quos spectat girans Æquidiale Polos.
Sic benè per motum describi tale diurnum
Dicetur cunctis Æquidiale Soli.
Arietis in puncto quarè si Terra locata
Spectat mundanos Axis vterque Polos;
Posteà dum in Taurum, Geminos, Cancrumq; vehetur
Centro, semper eos terreus Axis habet;
Nunquàm concurrens cùm plano Ecclipticæ, & Axe,
Zodiaci gaudens spernere vtrumque Polum;

Nam-

Namque Parallelus si alioquin terreus Axis
Axi Æquatoris non remaneret ibi.
Surgeret in promptum confusio magna, vt in Alta
Non semper starent conditione Poli;
Immò Æqui in Mundo benè semper Noctia adessent;
Nec variare anni tempora suspiceres;
Istius imò Axis terræ deflexio Fixas
A motu ficto vindicat vsque suo.
Fixæ sunt etenim tàm æqua distantia earum,
Quàm quod eæ minimè signa secunda petant;
Sed quoniàm has potiùs punctum Æquidiale relinquat;
Vt quæ præcedunt signa vocata petens.
Terræ Axis flectens nàm à plano Ecclipticæ, eundem
Motum Centri Anno consociare nequit;
Ac quasi in Occasum motum tentaret ab Ortu
Aduersum centro fingit abire citrà.
Tùm paulùm restans citrà facit indè quotannis,
Vt sit eam scindens Æquidiale retrò.
Æqui ideò punctum dùm in præcedentia Signa
Noctij abit duplex anticipare solet;
Horum ac punctorum præcessio fingit, vt vltrà
Signorum seriem sydera fixa petant.
Insuper hæc poterit præcessio salua manere
Prorsùs inæqualis fortè notata simùl,
Tùm varians quoque seù titubans Ecclipticæ obliquæ
Motus, queis sphæras multiplicare volunt;
Axem Terrenum quandam si nempè Corollæ
Intortæ speciem scribere concipias,
Quali itu in Occasum, ac reditu acceleratio motus,
Seù tardum in longum percipienda forent;
A Borea paritèr trepidans hic motus in Austrum
Efficit, vt titubet Linea obliqua parùm;

Sic

Sic nonam, ac decimam sphæram tali abijce motu,
Octauæ vt sacrum terreus Axis habet;
Mobilis ac primi motum vertigo diurna
Tam celebrem pressi destruat ipsa Soli;
Annuus & Phœbo concessus dandus eidem
Terræ, quæ Centro signa relata meet.
Tunc Epicyclorum farrago abiecta manebit;
Retrogradus, seu stans esse Planeta nequit.
Apparrere facit mota hæc Phænomena Tellus
Translata in Solis si reputata locum.
Tunc Venerem cum Mercurio Titana meantem
Circùm in Terra habitans Ire redire videt;
Prout pariter Tellus circum ipsi ducta mearet
Lentius, ac Veneris prospicit indè Phases;
Quàm suprà, aut ultrà vix Solem Epicyclus haberet
Ille ingens, totus si manet inferius;
Non hoc, illo & Stilbonis; systemate at isto
Nosce, quod bi aspectum Solis obire negant.
Inter eos quoniam nunquàm intercepta manerent
Ac Solem Tellus, gyrus adestque breuis.
Tunc quoque Terra videt superos tres mota Planetas
Directos, stantes, Retrogradosque simùl;
Prout magis his celeri motu progressa relinquit
Retrò, vt eos contrà signa meare putes;
Ad partes nunc oppositas dum tendit, eosdem
Vicinos Soli dirigi in Astra videt,
Postquàm stare parum visi, directio talis
Terra immota autem semper in Astra foret.
Non Apogæi ideò parui, Perigæi & adaucti;
Vicina, aut distans hos variabit humus;
Cui Solis sedem antiquam, motumque relatum
Si dones triplicem, Cœlica iura sciet,

Visi-

Visibilis Deus Antiquis, Mundique Lucerna,
Cor, mens in Centro Sol habitare cupit,
Tota Planetarum Regio vt perfusa nitore
Phœbeo hoc motus possit obire suos,
Mirandusque nitens in Mole, & Motibus ordo
Systema hoc verax tradere in Orbe valet.
Quod minimè ob triplicem motum titubare necesse
Terræ, vt ità à Physicis vix queat ille capi;
Inspiciatur enim Puerorum turbo volutus
Per terram, hinc gyros scribat vt indè fluens,
Seque Parallelum teneat sibi cuspide fundum,
Tùm quoque Horizonti, nutet vtrinque licèt.
Finge Ratem summo in malo sit cuius aplustre,
Anteà sub Radio Mobili & impositum,
Stet globus in quo terrenus depictus at Axe
Inclinato vltrà versus vtrumque latus.
Tunc Nauis cursu peteret si fortè rotundo
Arcem vicinam flante valente Noto;
Sanè cùm Nauis conuerti haud posset Aplustre
Vi Venti, at Borum cerneret Axe Polum.
Nauticæ itemque Rosæ erectum si straminis intus
Frustum contineat Pixidis antè Polum.
Velificans cursu dicto Ratis atque mearet,
Esset in aduersum tùm Rosa mota situm.
Ecce Parallelum quod frustum straminis Axi
Terræ illo inspiceret semper ab Orbe Polum;
Geryon triplex hæc experientia motum
Sic triplicem terræ proprio in Axe probat.

REFV-

REFVTATIO COPERNICANÆ OPINIONIS.

Sed pace Astronomi tanti benè fortè merentis
Circà alia Ætherei dogmata sana Laris
Inuersa Astriferi supponere lucida Mundi,
Terrenumque simùl tollere in Astra Globum;
Mentis opus nimis audacis, nec opinio talis
In propriis Thesibus firma putanda manet.
Non multum Sacris Rationibus immoror, audax
Quas vt deuotas discutit Astronomus.
Has verò vulgarem Hominum supponere iuxtà
Captum descriptas, non benè in aure sonat.
Vulgare Adagium de disrupto Aspidis aluo
Natorum ob nixus, quandò videre volunt;
Quodque aurem obturet, nè vocem exaudiat Aspis
Incantantis, erit Biblia Sacra notans;
Quandò at in æternum memorat consistere terram,
Solem Ortum, Occasum noscere circuitu,
Tunc minimè intendit Prouerbia tangere vulgi,
Sermone at proprio vera notare solet.
Sic contrà Gabaon Sol cursu immobilis hæsit,
Aialon in Vallem Lunaque firma stetit
Ad Iosuè Imperium vocis, quò perderet Hostes,
Vsque Hominis voci paruit immò Deus.
An Terram immotam iacuisse sub Æthere dices,
Dum Solem, ac Lunam stare iubebat Homo?
At veluti credis Lunam percurrere Cœlum,
Cœlica sic Solem signa meare puta.

Qui

Qui quoq; , non Terra Ezechiæ vt monſtraret ab alto
Sanatum corpus creditus ire retrò .
Eſaiæ precibus dum in Achaz Horologio abiuit
Per denas Lineas vmbra progreſſa retrò .
Nè vulgi ad captum credas Titana meantem ,
Fatidico hæc Sapiens ore Propheta canit .
Perpetuas Herebi tenebras vbi ſiſtere dices ,
Chriſtiadum veras quas pia Turba pauet ?
Annè ſuprà Cœlos mota tellure meantes
Damnatis animis Cœlica Tecta dabunt ?
Telluris motæ , Cœloſque prementis in Orbem
Pithagoræ hoc audax Aſſecla Dogma tulit .
Purpura cui dederat Romanæ Eccleſiæ Honores
Auſerat à Cuſa poſt Nicolaus idem .
Quòd ſuadere nequit verbis ſyſtemate ficto
Pandere Canonicus nunc Turonenſis auet ;
Cuius ſectator fidus Galillæus in omnes
Propugnare auſit dùm ſua dicta viros ;
Tale refutauit Senior citò Dogma Sacrorum
Purpureo Cætu tanta iubente Virum .
Prætereo Phyſicas Rationes iurè putandas
Terræ deſumptas à grauitate graues ;
Quod ſenſus fallax alioquin ſemper habendus
Eſſet ei , & quiret fidere nullus Homo .
Si non perciperet deſcendere Circulo ab alto
Pondera , nos quamuis tunc raperemur eis ;
Verſus dum Occaſum iremus motum aeris vllum
Nec ſentiremus , gyrus itemque latet .
Inſuper obſeruata manent ſi pondera ab alto
Continuò Caſus accelerare ſuos ,

Seù

Seù graue descendens vires aquirat eundo
Quod semper stimulos ex grauitate tenens;
Incrementis aquis celeritatis ab vno
Imparibus numeris, vt Galillaus habet.
Quò magis ex alto ac cadit, & Percussio maior,
Ictus & in quæuis corpora adesse solet.
Sanè haud percuteret subiectum corpus eodem
Ictu maiori, quò magis indè ruit.
Supposita mota motu tellure diurno
Annuo & exposito currere in Orbe suo.
Nàm graue cùm recto Perpendiculo neque ad imum
Acceleratum etiam præcipitaret Humi,
Eius obliqua via ast esset, seù Circuli ad instar
Spirali aut similis, Paraboleſque foret;
Hinc serò ex alto descenderet, hacque probauit
Contrà Fautores sat benè Riccìolus;
Ille Mathematicus Patauina in sede triumphans
Angelus haud motus Fautor habendus humi.
Contrà Riccìolum quamuis monstraret ad imum
Non sero in tali pondera lapsa modo.
Ostendens solùm, quod demonstratio talis
In motum Terræ non benè firma iaceat.
Posteà quod corpus simplex moueatur, & vnum
Credere Natura motibus his varijs,
Quis nã audet Physicus; Triplex de Turbine, Aplustri
Stramine & exemplum non benè tanta probat.
Hi violenti etenim sunt motus, Motor eosdem
Vnicus, & giros hos stimulare nequit.
Corpore in humano diuersos spiritus vrget
Motus, at iactans organa plura nitet;

Spi-

Spiritus intus alens licet vsque Platonicus istum
Terrenum posset forte agitare Globum.
Huic illum triplicem motum haud præberet; hic idem
Namque instrumentis simplicitate caret;
Siue facultates nullas tractabit, & Orbes
Flexibiles nullos, Articulosque minùs.
Ingeniosa vtique est Galilłæi assertio fluxus;
Defluxusque Maris, si moueatur humus.
Absque quod à Luna longinqua causa petatur;
Aerea at Gyro quò Meteora fluent?
Naturæ variæ retinerent corpora eundem
Motum, nec proprios hæc per inane darent,
Athmò sphæra licèt Lanugo Cotonei vt esset
Terraqueum ad pressum fors reputata Globum:
Bombardæ globulus paritèr dum explosus in Ortum;
Tardè percutiens obuia mota foret;
Iactus in Occasum citiùs quoque mota feriret,
Ad Boream, ac Austrum falleret immò sita.
Nec valet assertum; explodens quod Machina in Ortum
Tanta consequitur celeritate Globum
A Terra quantùm impressam suscepit; at illa
Machina ad Occasum dum iacit ore Globum
Tantundem ex ipsò sit pertutiente recessa,
Quantum subduxit Terra putata meæns;
Nàm iactus Globus haud concordat Machinæ eidem,
Obuia sed feriet tempore quæque suo;
Vnde Pila exemplum ludentum in Nauibus illud,
A Puppi ad Proram quæ iaculata meat.
Atque aliud de Telo aliquo super aera iacto
De Puppi in Puppim regrediente simùl.

Non

Non benè conueniet motis tellure vagante;
Nec ſumus in Naui, ſi moueamur humo.
Imò Pilam ſurſum iactam, deſcendere eundem
In Nauis quires iure negare ſitum,
De curru dum aliquod ſurſum experientia iactum.
Præcipitare in eum, poſt abeunte, neget.

RA-

RATIONES

MATHEMATICÆ

CONTRA MOTVM TELLVRIS

COPERNICANVM.

INdè Mathematicas Rationes tangere velles
Si prudens, Terram currere quæso fine;
Suppositoque loco substans Ecclipticæ in Orbem
Bissena intrepidè Signa direpta meet;
Noctibus annè dies variare, aut Tempora & Anni,
In motu & proprio fixa notare putas?
Æqui benè in terra constarent Noctia semper,
Vrbi nunc imus, nunc Polus Altus erit.
Inque Caprum ex Cancro dùm terra mearet, haberent
Diuersum in visa sydera Molestatum.
Vertici & incumbens similis nec Stella maneret
Molis per Cœlos Orbe meante Soli.
Dimidium ac Cœli nunquàm spectare daretur,
Nec sex signa suprà, senaque subtus erunt.
Opponunt autem contrà hæc absurda Patroni
Motus Telluris bina relata suprà;
Fundamenta duo nempè hi supponère tentant
Suppositа ad Libitum, sed reprobanda simùl.
Primumque est Axis Terræ deflexio dicta,
Quem declinantem Linea obliqua videt.

Siuè Parallelus mundano creditur Axi
Motu deſcribens Æquidiale ſuo:
Imenſa ad Fixas diſtantia habenda ſecundum,
Ad quas vt Punctum fulgeat Orbis Humi.
Vt viſum haud Tellus variet quocumque mearet;
Hypotheſis verùm falſa in vtroque iacet.
Quandoquidem ad primum; ſi Terræ Eccliptica motu
Orbe ſuo in magnc ſurgere ſcripta poteſt;
Cur non agnoſcit quos hæc Eccliptica noſcit
Scripta Polos vergens Mundi ad vtrumque Polum.
Mirum dictu ab humi calcata Eccliptica motu
Haud noſcit proprios ſemita facta Polos;
Si calcare negas ſcrupulo quod circuat infrà
Zodiacum Tellus, ſcribere fortè nega;
Dices quod Centri motum tunc deſerit Axis;
Sed tranſire Axes Centra per ima ſolent;
Neſcio quò pacto Centri diuerſus, & Axis
Eſſe queat motus, ſi moueatur idem.
Si Terrâ Centrum ſub Plano Eccliptica oberrat,
Cur Planum Axis habens Æquidialis erit?
Tempore eodem vno cùm eſt Centri motus in Ortum,
Cur ſimùl Occaſum Terra ſub Axe petit?
Quàm malè eos varios motus imitatur Apluſtre
Directum ad Boreum Naue abeunte, Polum.
Mobile ſub Radio externum meat vndique, idemque
Venti externa Noti vis tenet antè Polum.
An directum Axem dùm Terra mouetur in Ortum
Vrget in Occaſum ſpiritus, inque Polos;
Quàm benè reſpondit iactanti hæc mira Facetus:
Hæc dum ſcribebas in Rate forsàn eras.
O quantùm ſudat monſtrare Copernicus Axis
Hoc giro à Centro cætera viſa alio.

In-

Intortæ speciem hunc fingens formare Corollæ
A Mundi quadruplo Cardine dùm trepidat.
Vt præter motum Fixarum prorsùs ablatum
Iuxta obseruatum currere Signa aliis;
Talis inæqualis motus tùm Ecclipticæ obliquæ
Veracem causam quiret in Orbe dare.
Quandò vt Canonicus verò numerare solebat
Orbiculos, quales sacra Corolla tenet.
Præsumpsit causam ficta insinuare Corolla;
Sicque incuruatum perdidit Axis iter.
Quàm meliùs fuerat trepidantes temnere motus,
Motibus his dubiis quàm trepidare simùl;
Pluribus inuariata manet dùm Ecclipticæ obliqua
Per viginti tres semis & vsque gradus.
Vndè Parallelus si motus corruit Axis,
Multò iurè magis falsa Corolla cadit;
Immò Parallelus licèt Æquatoris eidem
Axis Telluris fortè manere queat,
Præcisè istè Polos haud pungere quiuerit, eius
Sed quendam girum versùs vtrunque meat.
Dùm Terra ex Cãcro in Capricornium tenderet imum;
Quò dato an Æqualis stabit in Vrbe Polus?
Arctici, & oppositi quasi Circuli ad instar habendus,
Scriptus dum ex motu girus hic ipse foret.
Respondent, quod Fixarum distantia tanta
Girum illum Puncti cogat habere nihil;
Fundamentum autem nunc perdere tale secundum
Hinc sequitur, superæ quò Domus vsque ruent;
Ergò erit ad Tropicos Terræ distantia Punctum,
Quæ in Firmamento fixa tot Astra secat?
Ac alia in Tropico alterutro quoque sydera signat
Credita Titanis terra meare viam.

Axe Polos circà girum, quem ſcribit, haberes
Si punctum, in quo vno clauſa tot Aſtra ſedent.
Frons Helicis, medius Cepheus, tùm cauda Draconis
Vt punctum fuerint, tota ſic Vrſa minor;
Nam quantum Tropici ipſi ex Æquatore recedunt,
Circlus ab hoc tantùm cedit vtrinque Polo.
Suppoſitum ſpatium immenſum neque girus vt Axis
In punctum tandem deſinat vſque facit.
Quandò etiam vaſtus terræ ſupponitur Orbis,
Qui quoque ab his magnus dicitur eſſe viris,
Si terra eſt Mundi in Centro, ſcribuntur in ipſa
Æquator, Tropicus, Circulus atque duplus.
Attamen hæc recipit ſuprà, Punctumque manebit,
Sic mota at Punctum, ſicque locata negat.
Non recipit, facit at giros, parteſque notaret;
At Puncto partes quomodo conueniunt?
Immenſum ſpatium Fixarum calcitrat; illùs
An Teleſcopio peruenit Aſtronomus?
Sanè hoc inuento Galillæus nouit in ipſo
Quid Firmamento ſemita Lactis erat.
Newpè minutarum ſtellarum hanc ſplendere aceruum
Vidit, & in Cancro nubila plura notat;
Pluraque in obſcura cernens Orionis, itemque
In loco, vbi in Tauro Pleiades eſſe ſolent.
Fixa decem fulgere vltrà quaſi millia pandit
Telluris motus iſte Patronus atrox;
Ergo ſi Teleſcopio viſuus in Aſtra
Axis directus ſcindere tanta poteſt
Magnus terræ Orbis proprio non quiuerit Axe
Senſibili fixas ſcindere fortè gradu,
Dùm Tropicos hinc indè petit; mirabile dictu,
Nanus ad Alta venit, quò nequit ire Gigas;

Axis

Axis ſeù potiùs viſuus Punctà dirempta,
Tùm partes Laribus ſcindit in Æthereis,
Quod nequit Orbis Humi diſtinguere Maximus Axis;
Eius ſi in Punctum tendere girus habet;
Suppoſito hoc ſextæ Molis ſtella eſſet ad Orbem
Æqualis magnum, Sole minore nimis.
Nec valet abſurdum prohibere Diameter huius
Stellæ cùm immoto Sole relata ſimùl,
Quandoquidem in tali nimia Æquiuocatio ſurgit
Senſu, in eam veluti fors Galillæ cadis;
Sol quaſi ſi in Fixis ſedeat, tunc angulo eodem
Sub quo ſtella micat ſplendere debuerit.
Eſt at idem minimè ſtellas ſub angulo eodem
Cernere, & in viſu poſt reputare Pares.
Æquales fuerint diſtantia certa ſtatuta
Quandò æqualis erit, nec dubioſa foret;
Immenſa ad Fixas ſed ſi diſtantia habetur;
Quo pacto æqualis calculus eſſe valet?
Ergò vel magnus terræ Orbis in Æthere ſcindit
Aſtrifero partes Axe meante Polos,
Deſinere in Puncti minimè qui iaciet acumen,
Per Teleſcopium viſus vt Aſtra ſecat;
Vel concedenda abſurda experientia viſus
Axis, quo ſolo quæſtio victa foret.
Se vertant quocunque velint anguſtiæ adeſſent,
Abſurda in promptu dictaque ſemper erunt;
Saltem Fixarum non eſt diſtantia tanta,
Tàm benè, quàm viſus Axis in Aſtra capit.
Indefinitam ſtatuiſſe Copernicus auſit;
Hanc definitam ſed Galillæus habet;
Scilicèt Inuenti proprij vt Phænomena ſtarent
Salua, ſimùl terræ motus, itemque locus.

Sed definita arridet tellure vagante
Vt girus Punctum tunc minus ille micet;
Praterea quæ de vacuo Martem inter, & Orbem
Terrenum magnum significare potes;
Quæ de terra Apogæo essent dicenda fluente,
Quod motus terra multiplicare solet;
Deque Apogæo habito, & Perigæo Sole tenente
Immoto Centrum quæ numeranda forent;
Saluantur sanè, prout debet Aphælia dici,
Tùm Perihelia humus mota sub Orbe suo.
Hoc subterfugium in superis constare Planetis
Motis an posset, iure negare vales.
Quorum si nunquàm variare Diameter vno
Conspicitur medio, consimilique loco
Mole minore autem solùm spectantur in auge;
Molemque augentes augis in opposito:
Ex Cancro in Caprum dum terra mearet, eandem
Consimilem molem fors retinere queunt?
Hic subterfugium immensæ distantiæ an esset?
Longinqua an tellus siuè propinqua id habet?
Multoties molem variarent prorsus in anno,
Quàm variat solùm tempore quisque suo.
Respondere autem ingenuè Galilæus vt instit,
Quod res difficilis, tum dubiosa manet;
Tradere quo pacto speciatim sistere iactat,
Quomodo in Orbe suo quisque Planeta meet;
Non probat, at proprium sensum responso damnat,
Systema infirmum comprobat ore suo;
Ex quo vtique id sequitur falsum, quocirca habendi
Veris ex mediis motibus hoc vitabat;
Canonicasque Author nouit describere eosdem
Canonibus veris, quos Schola nostra docet;

Nec

Nec forma inuenti Systematis, atque Figura
Motibus in tantis eruditre virum.
Hinc Epicycli ab eo, tùm Eccentrici ab Orbe repulsi
Tanguntur tacito significata modo;
Annuus ac Orbis clarè est Eccentricus ipsi,
Systema id quamuis simplicitate notet.
Parcant quæso mihi tutantes talia, Magnus
Terræ Orbis nimiùm plurima dura canit;
Si Duriſtarum Sententia displicet, Æther
Ac totum fluidum creditur esse magis,
In promptu est magis acceptum Systema Tichonis,
Qui fluida esse prior Cœlica tecta probat.
Perque Cometarum cursum suprà Æthera visum
Duritiem à Cœlis cùm ratione negat,
Siquè Epicyclorum farrago absurda videtur,
Motusque aduersos spernere fortè volunt.
Spiralem motum accipiant, quo semper ab Ortu
Tendere in Occasum Sydera quæque solent,
Postquàm Æquatoris reuolutio vt integra facta est,
Hanc magis, atque minùs mota secunda colant;
Hanc longinqua magis pulsant, minus atque propinqua
Tardiora in cursu, quò meat vna dies;
Quodcumque accipiant motum cùm Sede superna
Terræ spernentes tunc meliora scient;
Nostrum scire nihil reputandum est scire, minusque
Oppressum absurdis, illud habere decet;
Magnus Telluris motæ nimis imprimit Orbis
Dura à mente Æqua digeri inapta viri;
Vastus nec Veneris sic dura Epicyclus amabit
Absurda, vt magnus terreus Orbis amat;

Immota in Centro proprio ſtans ergò relicta
Terra Planetarum reſpuat eſſe Gigas.
Girus reſtituatur ouans Ecclipticæ eunti
Titani, cuius ſemita firma iacet.
Sub qua deſcripta Titana ſtupebis eundem
Hoc Globo in Æthereo connumerare gradus.

CON-

CONCLVSIO

GLOBI COELESTIS

PRÆSAGIO ASTROLOGICO,

ET BIBLICO INSIGNITA.

SVb Quadriga autem Phœbi residere gauisus
Æthera percurrens plura futura noto.
Quæ Cœli in Tabulis dipicta leguntur in Orbem
Terraqueum influxus dantis honorificos:
Sic Copula illa recens Saturni facta, Iouisque,
Quæ calido in Signo nempè Leonis erat;
Tellurem fixeans magnam insinuabat aquarum
Inopiam, vt talis quisque Rropheta foret.
Sic Cancri in Signo demùm partialis aquoso
Ecclipsis Solis proxima visa fuit.
Quæ dùm Lympharum Copiam insinuare cadentem
Posset, præsentes significare petit;
Sed multi suprà Prognostica talia rident;
Ac magè circà Homines scire futura volunt.
Scilicet Imperium Turcarum an cernere finem
Possit, ab Europæ & finibus ire suis.
Saturni, atque Iouis quò tempore visa Trigoni,
Signo Aquei in primo corporæ iuncta simùl.
Imperium tale inalpiens extollere quiuit
Ceruicem, ac nimiùm Bellica Facta dare.

Con-

Constantini Vrbem captam hinc elegit ouantem
Dominij Sedem, Militiæque Decus.
Semper & in dicto cumulare Trophæa Trigono
Turcarum visum fulserat Imperium;
Sæculo in hoc tamen Igniti quia stare Trigoni
In Signo talis visa fuit Synodus.
Cùm Ioue Saturnus seu visus nempè Leonis
Proximè eundem sit connumerare Gradum.
Tunc Othomanorum incæpit titubare superbum
Imperium, vt tandem corruat omne decus.
Quarè deluſi, pulsique ex Vrbe Viennæ,
Quam vano fastu sternere crediderant.
Posteà in excidium sunt Acti à Rege Polono;
Atque Bauarensi, Theutonicumque Duce.
Hæc vtique Astrologi Præsagia mixta canerent,
Illorum verò nemo Prophæta micat.
Apocalypsim ideò magna reuerentia adibo;
Turcici an Imperij Fata verenda notet.
Inueniosque istud sub forma Bestiæ, & illud
Antichristi est quod Bestia visa sequens.
Bestia visa prior Turcarum Fata reuelans,
Quàm benè de vasto surgere visa Mari.
Quandò hoc Imperium residere Trigono in aquoso
Turcarum potuit, tollere & indè caput.
In Daniele velut surgentes quattuor illæ
Bestiæ item ex Pelago, sed varia effigie
Quattuor absque Fide Imperialia Regna notabant,
Sic infidele hæc denotat Imperium,
Quale modò est Mauumetanum terrarij suberbum
In Constantini scilicet Vrbe iacens.
Ad Mare quæ noua Roma sita huic subiecta remansit
Imperio, emersit nempè quod ex Humili.

Sen-

Senſimque excreuit tantùm vt Maumete ſecundo
Sub Duce Chriſtiadum cæperit Imperium;
Siuè Orientalis Sedem Dominantis quantem
Græcam ob auaritiam Beſtia talis habet.
Quæ Capita oſtentans ſeptem collecta notaret
Paganorum in ſe tot ſimùl Imperia.
Aſſyrium, Babylonis quod Chaldæa ſtupebat;
Medorum, & quartum Perſica rura colens.
Græcorum quintum, Romanorumque vetuſtum.
Sextum, Maumethis ſeptimo in hoc poſita.
Cornua at iſta decem, & Diademata dena recenſens
Beſtia quàm pulchrè Turcica Regna canit.
Sunt quæ Africa Tunetum, Arabia, Ægyptuſq; ſerenus
Cùm Lybia interius, parteque ea Æthiopiæ;
Meſopotamia cùm Media, Syriaque, vbi ſedes
Regni Damaſcus, tùm minor illa Aſia,
Stare Trapezuntis viſum eſt quia in parte locatum
Imperium, Armeniæ tùm loca conſpicua;
Thracia bellipotens, Macedonia, & Inſulæ ibidem
Creta, Rhodus, Cyprus, Pontica & innumeræ;
Hæc Maumetanæ ſunt cornua Beſtiæ iniquæ
Dena, etenim Cornu Regna ſuperba notat.
Suprà eius Capita & Blaſphemia onuſta triumphant
Nomina in hunc Chriſtum, Chriſtiadumque Fidem.
Beſtia conſimilis Pardo, quia Seôra videtur
Forma etiam Pardo conſimili varians,
Quandò Iudæorum huic Circumciſio amica,
Baptiſmaſque frequens Chriſtitolæ placeat.
Indè refert Vrſum pedibus, quia cuncta ſacrata
Calcat, & os tandem ferre Leônis habet;
Nempè ſuper cunctas Vrbes, & Regna propinqua
Chriſtiadum, quos hæc dira vocare cupit.

Be-

Beſtia at huic dedit Infernalis Beſtia Magnam
Virtutem, ac vires, ora Draconis habens.
Perfidus iſte Draco, Mulier dum Sole coruſcans
Luna ſub pedibus ſydereoque Choro
Parturiens ſtabat clamans, Draco perfidus inquam
Aſſiſtebat ei talis in oppoſito.
Vt Prolem quiret Chriſtianam dente vorare
Qualem Eccleſia edit, nempè micans Mulier.
Sed Partus ſaluus correptus ad Æthera manſit,
Poſt mala multa volans Numinis antè Thronum.
Hinc Mulier fugiens facie exardente Draconis
Sunt Aquilæ illi Alas traditæ in Orbe duas;
Imperium deſignabant quæ Orientis, & illud
Occiduum, Nomen queis dare Roma ſolet.
Occidui Sedes vetus olim Roma, Orientis
Conſtantinopolis, ſeù noua Roma fuit
His Mulier protecta Alis deſerta volauit
In loca, Gentilium Natio quæ infinuat,
Hoc in Deſertum fugiens furiante Draconc
Ipſa Eccleſia opus eſt operata bonum.
Conuertens Gentes has eſt amplexa ſub Alis
Binis, Chriſtiadum Gloria ſumma, Decor.
Vndè locus proprius Deſertum dicitur iſtud
Eſſe Eccleſiæ, vbi Gentibus vna ſalus.
At dùm per Tempus, tùm Tempora, Temporis atque
Dimidium, hunc Mulier iactat habere locum,
Tempora colligitur quoque continuatio ad vſque
Extrema, vt contrà Facta Draconis agat;
Vndè Draco iratus vomuit quaſi flumen abore
Infames Populos, Hæreticoſque Viros,
Cuius rapiditate retrò hæc Eccleſia ſtaret,
Seù Mulier mergi nempè vt aquis valeat.

Mu-

Mulierem adiuuit Tellus, quæ absorbuit illud
Flumen, seù tactos Hæresis Hydra Homines.
Constitit indè Draco Pelagi super eius arenam,
Ponti vbi littus, item stare Propontis habet.
Talibus inque Maris signauit Faucibus illam
Imperij Sedem, Thracia qua premitur;
Scilicet Europæ sub Littore, Bosphorus ornat
Quod cùm Asiæ oppositò Thracius in medio.
Vndè triumphatis Populis Mahometus iniquus
Insultat Vires vsque Draconis habens
Bestia dicta colens Herebi præscripta Draconis
Atque Potestatem præualidam capiens.
Ferre Draconi ipsi Populum pia thura lacescit,
Qui tali vires Bestiæ in Orbe dedit,
Quique vt adorvrent Othomanæ Bestiæ acerbum
Sceptrum Homines omnem mouit atrox lapidem;
Christiadum verò Heroes consurgere plures
Visi, & cùm tali Bestia inire manus.
Christiadumque triplex Fœdus postremò coruscat
Postrema hæc quali Bestia Fata pauet;
Fœdus an id triplex durabit tempore longo
Vnà Aquila ac stabunt Candida, Nigra, Leo?
Viribus his iunctis Europæ vt linquere Fines,
Ac valeat talis Bestia sæua premi?
Sanè hæc si in Tabulis Cœli non scripta legantur,
Excelsus rugiet Regna per ampla Leo.
Alas ac Aquilæ binæ diffundere quibunt,
Turcarum vt capiant Sceptra verenda Duci.
Imò suprà Thraces manibus dare Lilia plenis
Belligero Populo Fata vetusta darent;
Hoc Turcæ in Fatis trepidant, quamuisque remota
Perniciem ad certam Celtica Bella pauent,

Gallus

Gallus anhelabit generoſus ſpargere flores
Iunonis Mauors contrà Othomana loca;
Nempè Roſas Veneris linquens vult Lilia Matris
Spargere, quæ in lactu Regna opulenta vocant:
Sub Tutela olim Martis nunc Thracia cernet
Celtici & in proprias Lilia Martis Opes.
Sic Ludouicus auet Caroli renouare Triumphos
Tertij de Magnis, quartus vt ipſe micet.
Quem Decimum quartum Decimi perfectio tollet,
Magnorum Titulus quartus ad Aſtra vehet;
Non quòd Aquitanum Oceanum Mediterreo Amicum
Per varia vnitum Flumina ſtare iubet
Iſtud tentamen quamuis tentamina Regum
Ægypti in Rubro quit ſuperare Mari;
Quod Lymphis ſociare ſuis Mediterreo auebant,
Seù per Niliacas ſurgere Fœdus Aquas;
Fruſtra vt in Euxinum ſtuduit Nicanor abire
Vndas concluſi Caſpij vtrinque Freti;
Vt fodere angustum & Romana Potentia ſudans
Iſthmum, quem ſuprà viſa Corinthus erat,
Ionium Ægeo breuiter ſe poſſet vt Æquor
Iungere, vota ſtupens irrita fudit Opes.
Non inquam Magni hic Titulum Tentamen; ob iſtud
Rex vult, Neptuni frangere Iura poteus
Clamantis ſtupidi: progreſſa Potentia Regis
Huccinè Mortalis ludit in Amne Deos?
Me miſerum cùm Fratre ſimùl Ditiſſimo habendum;
Æquoris Imperium perdidi, & ille Soli;
Chriſtiadum magis à Regnis quòd at Hydra fugata
Hæreſis, ac Thraces Cornua fracta luent;
Gentiles verſi ad Fidei pia Dogmata Noſtræ,
Pyratæ ac fuſi per Mare prorsùs erint;

Ter-

Tertius ex Magnis Carolus ter Magnus vt audit,
Sic quater hic Magnus tunc Ludouicus erit.
Sic Primogenitum in Turcas Eccleſiæ ouantem
Gaudebunt oculi cernere Pontificis;
Chriſtiadum Vires ſic iunctæ fœdere amico
Calcabunt Thracis cuncta Trophæa Ducis.
Quandò at erunt iſta, exquiret curioſus Amicus
Contrà hoc Blaſphemum Beſtiæ in Orbe Caput?
Magna loquens cui conceſſum Blaſphæmia onuſta
Os dirum, vt legem, Chriſticolaſque premat.
Ecce Poteſtas huic data quadraginta duorum
Menſium in excelſum tanta patrare Deum.
Scilicet hos Menſes ſuppone colentibus illis
Lunam, quæ Menſes indigitare ſolet.
Aſt à quo incipies numerare hos tempore Menſes,
Proficere vltrà quos Beſtia prima nequit?
Forſan ab occidui Imperij obſidione Viennæ
Metropolis? nouit Fata futura Deus:
Poſteà qui perdet conatus Beſtiæ iniquos,
Ac ſuper hanc iſtas fundit ab ore minas.
Captiuos qui duxit, item Captiuus habendus,
Qui eſt Gladio occidens, occidet & Gladio;
Nimirùm Imperij finis ſtat Turcici in iſtis
Verbis deſcriptus, Thracis & Antra ruent.
Henricus Kircher Ieſu Societatis id ipſum
Perpendens aliud connotat Imperium.
Succedens ſubitò, quale Antichriſtus habebit,
Ad quem Turcarum Gens ea tota fluet;
Ex Vrbe ac Conſtantini Hyeroſolimæ in Vrbem
Sedem peruerſi tranferet Imperij.
Pace ſed ingenui Vatis; ſi Chriſtus apertè
Ore Euangelico talia verba refert:

Va-

Vastum in se Regnum diuisum corruet omne,
Atque Domus suprà concideret reliquam
Quandò verum esset, mea quod Miracula facta
Sint in damnati Dæmonis auxilium,
Quem Virtute mea obsesso de corpore pello,
Vtque Idola cadat Luciferi iubeo.
Nempè sua infernalis amat Draco flammiger Arma,
Vnita ac retinens esse dirempta negat.
Quomodò vult igitur Turcarum perdere Amicum
Imperium per eum, qui quoque Amicus erit?
Seù quò pacto Antichristum stimulabit, ab ipsis
Thracibus vt titubans auferat Imperium?
Fors responderet tanti mutatio Regni,
Quod non succedet Dæmonis arbitrio
Sed Deus Omnipotens, cui totus subditur Orbis
Terrarum ac nostro ludere in Orbe petit.
Vindictam propriis de inimicis ferre per Hostes
Permittet, prauos destruet atque malis;
Verùm quis fuit vnquam Consiliarius eius,
Aut sensum Domini quis referare valet.
Apocalypsis eum sensum haud monstrare videtur,
Nec de Antichristo Turcica Regna pauent.
Sed benè Christiadum pauitant remanere Trophæa,
His vt destructis Bestia tanta luat;
Maximè in Ignito lugens dominante Trigono
Nunc Aquei proprii Fata repleta malis;
Hac vtique omninò destructa Bestia iniqua,
Postrema, & peior Bestia surget ouans.
Ac veluti peior ex Aqueo famosa Trigono
Sit, quoniam ex vasto surgere visa Mari.
Sic hæc posterior sub terreo oborta Trigono
Fors erit, ex solido surgere visa solo.

Ter-

Terreus Ignito succedens iste Trigonus
An fuerit? minimè Cœlica tanta loquor.
Ponere namque os in Cœlum, tum tempora vellem
Postrema audacter significare viris.
Sique die de illo postremo aut Angeli & ipse
Filius aut Hominis non benè scire queunt.
Nec de Antichristo venturo tempore quisquam
Audeat impauidè tempora fixa dare.
Bestia sed talis de terra ascendere visa
Similia Agninis Cornua bina tenet.
Cornubus his vires magnæ; simulatio Sancti
Cornu Agni gestit nempè notare prius.
Agni Cornu aliud Sapiens Imitatio signat
Prodigiorum eius, Simia falsa Dei.
Indè loqui poterit veluti Draco perfidus ore,
Non Incarnatus quod Draco Dæmon erit;
Vel sub Forma Hominis latitare Diabolus audens
Hunc Antichristum consimulare queat;
Sed quoniam licèt hic fuerit de semine cretus
Humano, ac poterit surgere verus Homo.
Attamen ille Draco, Princepsque Diabolus esset
Vt Generationis Simia Christifera,
Aduenietque super infami sinè Pondere scorto,
Vir Genitor fuerit, Dæmon at aduenies,
Sic Antichristi in Matrem descendet, obumbrans
Totam illam, vt natum perditionis edat.
De Tribu Iuda Matris, Patris atque Danitæ
Hunc Colubrum gignent Corpora mixta simul,
Hinc Coluber Dan à Iacob genitore vocatur,
Ex quò est venturus perditionis Homo;
Vngulæ Equi à quò mordeantur, quæ nempè futuri
Postremi finem sæculi in Orbe notant

Aſcenſor cadat vt retrò, Antichriſtus auebit
Quod vi, vt Lex Chriſti, Iuraque Sancta cadant.
Hinc inſignatis electis Tribubus illa
De Dan non meruit Nomen habere Dei.
Beſtia ab hac ità ſurget atrox in Senaar Vrbe
Chaldaica, potiùs ſeù Babylone noua,
Effigiem oſtentans dictam quæ Cornibus Agni,
Sanctum ſeù fingens, Prodigiiſque ſcatens;
Attrahet ad ſe Iudæos Babylone in eadem,
Vicinique locis, indigenaſque ſimùl.
Ac ſe Meſſiam iactans reuocabit ab omni
Habreos Mundi parte patente ſuos.
Tùm dementabit Saracenos, Iſmaelitas,
Turcas diſperſos, Tartaricoſque viros;
In quibus vt Circumciſis agnoſcere finget
Verum Abrahæ ſemen inſidioſus Homo.
Per Sanctis vt ſpeciem, ac miracula ficta patrata
Cunctos ſub propria iungere lege queat.
Intereà Maumetanos ſibi Fœdere iunctos
Vrget cùm propriis in Loca Chriſtiadum;
Thracibus ereptam ac Conſtantini irruet Vrbem
In noſtram, ac ibidem transferet Imperium;
Poſteà id Imperium portans Hieroſolymæ in Vrbem
Iudæis prauis plura Trophæa dabit;
Regnantis quoque Iudaiſmi ſublimis Imago
Expoſita aſtabit tunc veneranda Viris;
Atque Poteſtatem in conſpectu Beſtiæ iniquæ
Præfatæ primæ per violenta geret.
Seù Maumetanos aduerſos iſta videbit
In Chriſtum publica condita Imago necis.
Hinc comitaxi eius Fabricam veneratio auebit
Stulta, coloratum tùm geret Imperium;

Nem-

Nempè coloratum vt diuino à Numine amatum,
Cùm tamen infidum Iura colenda premet.
Bestia & ipsa prior videatur, at addito iniquo
Posterior surgens reddita deterior.
Coget adorandum sic fictæ ad Imaginis huius
Cultum Christianos persequi in Orbe volens.
Viuere quique velit, cogetur sumere dextra
Fronte Caractherem, siuè negare Crucem.
Queis & adorata haud fuerit rea Bestiæ Imago
In tormenta ibunt tristis acerba necis.
Cultus adoratæ sic Imaginis, Antichristi
In Templo, & regnans Sessio conueniunt;
Attamen Imperij perùersi hæc ampla Potestas,
Tristis Imago, & atrox cogere ad eius Opes.
Quadraginta duos Menses numerare valebunt,
Quod spatium vsque modo Bestia praua tenet.
Tempore eò bini Testes Virtute resistens
Helias, & Enoch, quam dabit ipse Deus.
Numinis ac Iram opponent in Imaginis huius
Conflictæ Fabricam, Christicolæ vt rutilent.
Quos ad Martyrium dignum hortabuntur Amici;
Belli namque Duces spiritualis erunt.
Donec transactis tribus Annis, dimidioque,
Queis Antichristus tanta Trophæa tulit.
Testes Martyrium hi magna constantia adepti,
Iudæa & quibunt vertere Corda simùl.
In Fine vt Mundi illorum Conuersio facta
Iudicij valeat comminitare Diem.
Atque Antichristus percussus fulmine pœnas
Tot scelerum verò Numini in Orbe dabit.
Sicque Draconi Herebi iungetur Bestia talis,
Tartareo vt culpas semper in Amne luat.

Viderat Infidus quod Enoch coniunctus Amico
Heliæ occisus post graue Martyrium,
Post tres surrexisse dies cum gloria uadat
Dimidiumque; Ideò turè fremebat atrox.
Æmulus hinc tanti Facti sub Monte Sacrati
Stabit Oliueti sicut in Astra volans:
Dæmoniorum infida Cohors hunc tollet in Altum;
Occurret Michael scandere celsa vetans:
Dæmoniorum atram Turbam, qui quandò fugabit;
Antichristus erit præcipitatus humi;
Atque in descensu percussus fulmine uiuus,
A Terra absorptus sub Phlegetonta ruet;
Bestia sic apprehensa ruet; tùm Pseudopropheta;
Ac uiui in stagnum sulphuris ambo cadent;
Bestia dicta prior, tùm hucusque hæc Bestia visa
Posterior Mundi Fata futura notant;
Quandò hæc acciderint uult insinuare Ioannes,
Qui monet vt pendas Bestiæ eum numerum,
Est Hominis quoniam numerus, sic computo acuto
Voti compos erit, nec titubare potes;
Sexcenti sexaginta sex namque notatur
Hic numerus, cuius Bestia diues ouat;
Bestia sed qualis fuerit num prima, vel illa
Posterior? sanè visa secunda latet;
Deuotus quamuis Irenæus Computo in isto
Deducens Teitan Nomen ab hoc numero;
Hoc Antichristo Nomen tribuisse videtur,
Vt sic tradatur Bestia posterior;
Verùm visa prior melius capietur in isto
Computo ab his numeris Bestia proueniens.
Sexcenti sexaginta sex namque resultant
Ex Maometis eo Nomine in Argolicis;

Nem-

Nempè Orientale Imperium qui perdidit, Vrbem
Ac Conſtantini cepit, ibique ſedet:
Poſteritate ſedet nimirùm Othomanica, & eius
Sanguine Progenitus nunc Maometus adeſt.
Qui regit Imperium Turcarum, atque Vrbe in eadem
Chriſtiadum Populo iam minitabat ouans
Nunc pauet ipſe minas turbatus Fadere Amicò
Cæſareo, Veneto, Sarmaticoque triplo;
Anno præterito Auſtriacam cepiſſe Viennam
Metropolim Occidui crederat Imperij
Vt veluti capta Conſtantini Vrbe ſecundus
Dictus Eoum ingens perdidit Imperium,
Sic quartus quiret Mahometus perdere Vienna
Obſeſſa, tùm Capta Imperium Occiduum:
Errauit ſtultus; potiùſque inuertere ſenſum
Cogitur omninò Perniciem ad propriam;
Quod veluti Imperium Romanum, ſplendere cæpit
Iam quod in Auguſto plurima Regna premens,
Deſierat tandem miſerando Auguſtulo in illo,
Cui Nomen Caſus detulit Augurium;
Quodque velut Conſtantini memorabile Sceptrum
Olim Orientalis condidit Imperij.
Quod ſub Conſtantino alio lugere ruinam
Turcarum viſum eſt à Maumete Duce.
Turcarum Imperium hoc ſic à Maumete ſecundo
Fundatum, ereptum robore Chriſticolis,
Debeat in quarto Maumete pauere ruinam
Regnante, vt ſcelerum tanta Trophæa luat.
Nil mirum idcircò, ſi exercitus eius ab Vrbe
Metropoli Occidui fugerat Imperij,
Auſtriaco Duce, Sarmatico tùm Rege, Bauaro
Tùm Duce cùm reliquis dantibus excidium.

Hinc

Hinc vice captiuæ Vienna Thrax vidit acerbam
Post cædem captum sternere Strigonium.
Immò Anno hoc bissextili duplicare Trophæa
Dux binis valuit cædibus Austriacus,
Atque vnà obsidionem almæ contendere Budæ
Vt ditionem ipsam ducat in Austriacam
Sudauit paritèr iactare Monarcha Polonus
Victrices Palmas contrà Othomana Loca
Hucusque ac remoratus Aquis, Populisque Nyester
Per Flumen studuit pergere in oppositа
Inque Locis Inimicis dum Tentoria anhelat,
Libera Turcarum ferre Trophæa petit;
Nec minus Alatus Leo noster ducere Palmas
Ex Turcis ardet per Mare, perque solum.
Maritimam hic Classim breuitate parauit onustam
Omnibus expensis quoque stupente viro.
Maritimoque illi præfecto in Marte perito
Mauroceno, vt eat Thracibus excidium;
Augurium exhibuit celeris Victoriæ, & ille
Dux Generalis idem transtulit Augurium,
Dùm Sancta Maura, seù Leucade, itemque propinqua
Nicopoli captis iurè triumphat ouans;
Castellumque nouum titubat tellure, Marique,
Vt Dominos Venetos noscat in Orbe suos.
Ergò quid Imperium Turcarum dicere tentas
Vsque Antichristi ad tempora peruenies?
Bestia vt illa prior de posteriore premente
Cedat, & à proprio decidat Imperio.
Non Constantiniferus Antichristus ab Vrbe
Turcarum trepidans auferet Imperium;
Sed benè dispersos Thraces, Asiæque colentes
Rura sibi adiunget tempore nempè suo

Con-

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 06228 5575